
2

AD S. D. D. N. CLEMENTEM VII.

Opus de immortalitate animorum secundũ Platonem & Aristotelem Petri Nicolai Fauentini Philosophi ac Medici.




Francisci zangrandis Fauentini eulogium in autorem.

Arte sua illustrem probet ætas prisca Galenum,
Laude & Aristotelem tollat in astra scium.
Non minus at celebrem præsentia sæcula Petrum,
Philosophum & medicum docta per ora ferant.
Perfectum quæ scire decet physicumq; sophumq;,
Huius nempe viri plena minerua sapit.

SCipio Pasius Prothonotarius Apostolicus & Canonicus Praenestinus, ac Reuerēdissimi Dñi Episcopi Fauētiae Vicarius Generalis. Viso p nos opere de immortalitate animorum secūdum Platonem & Aristotelem, praeclari philosophi ac medici Petri Nicolai ex Castellaniis Ciuis Fauentini, exhibito nobis & praesentato, ac bene considerato q in nulla parte suspectum sit, siquidem quicquid in eo scribitur, tantum refertur esse iuxta opinionem philosophorum praedictorum, atq; ēt animaduerso, q dictū opus Sanctissimo. D. D.N. dedicatur censuraeq; eiusdem Beatitudinis ac Sanctae Romanae Ecclesiae humillime ab ipso autore remittiē, submittiturq;, Requisiti pro parte dicti Dñi Magistri Petri Nicolai volentis ac petentis idē opus posse imprimi & impressum vendi publicariq; ad vtilitatem publicam philosophātium & sui famam. Iccirco autoritate nostra immo verius concilii Lateranensis decreto qua fungimur in hac parte, supranominatum opus imprimi, & impressum venūdari, ac publicari vbiq; locorum licentiam & facultatem per praesentes nostras cōcedimus & impartimur, consensumq; & autoritatem & decretum nostrum superinde interponentes, & hoc omni meliori modo. Datum Fauentiae in domibus nostrae solit. habit. M. D. XXV. Die. xxviii. Augusti.

Praesentibus. D. Bernardino olim Leonardi de Catulis, & Baptista olim magistri Marci de Maynardis testibus &c.

Ego Nicolaus Salechius Notarius
Curiae Ep̄alis de mandato. ss.



SANCTISSIMO AC CLEMENTISSIMO D. D. N. CLEMENTI VII. PONTIFICI MAXIMO, PETRVS NICOLAVS EX CASTELLANIIS FAVENTINVS.

O Pus nostrum de Immortalitate animorum edēdum, Beatissime Pater Sanctitatis tuæ nomini dedico, vt cum omnes litterati plurima debeāt tibi litterarum patrono, ego debens totidem pro quibus non sum soluēdo, satis aliqua ex parte saltem, ita adscribendo faciam, accedit ꝙ tibi tāquā palatino ioui pensum reddo, vt qui Ecclesiæ Catholicæ Princeps optimus ac maximus existis, repēdas illud recensendo ad examen orthodoxæ veritatis, sed & quo idem diiudices ad lancē humanæ sapiētiæ. Et.n. quāquā innumeris atq̃ ingētibus pastoralis officii curis Sanctitas tua iugiter detineatur, præsertim autem vigilantia sacerdotum mores componendi, Reges christianos conciliandi, hereticos cohercendi, infidelesq̃ repellendi, ditionem ecclesiasticam pacādi, & bene regendi (quod in Aemilia certe optime facis per Reuerendissimū atq̃ Illustrissimum Cardinalem Dñm Innocētium Cibo Legatum. Per Reuerēdissimum autem Episcopum Fani Gubernatorem Bononiæ Dñm Gorum Gorium, Ac per integerrimū Præsidem Romādiolæ Dñm Franciscum Guizardinum) Artes tamen bonas omnes Beatitudo tua adeo fouet, vt academiam Romanā sub Hadriano intermissam statim instaurauerit, Translationesq̃ græcorum autorum & impressiones translatorum iniunxerit. Quodq̃ omni Principi maxime autem & optime Romano Pontifici omnium maximo & optimo conuenit, nullum vt audio Sanctitas tua modo transigi permittit diem, absq̃ aliquo insigni problemate coram se discusso a viris eruditis hora prandii ob id accedentibus, quin & præsentium instructioni, nec nō posterorum memoriæ consulens, annales nostri æui Paulo Iouio Physico excellenti ac oratori eloquenti conscribendos, pridem mandasti, acceptisq̃ vndecunq̃ orbis nuntiis gestorum Illustrium eum instruis, vt Alexāder Magnus olim Aristotelem in historiis animaliū congerendis adiuuit. Et istud fuit quidem maioribus tuis peculiare fouere litteras, quod testantur illis solis dicatæ, plures lucubrationes scriptorum annis proximis, quam reliquis omnibus christiani orbis principibus. Hac optima ratiōe vt cæteris tu illos (alioquin incomparabiles) non tantum æquiperas, sed longe superas. Quare cum Plato dicat in lib. de regno, sacerdotium & sapientiam ac principatum optime conuenire in eodem hæc tria in te vnico, per quam optime conueniunt. Nam post obitum felicis memoriæ Leonis Decimi patruelis tui, quot & quantos fortunæ impetus prudētia admirabili superaueris neminem qui tua nouit, latet, si quidem alter velut Hercules ætatę nostra virtutum heroicarum clipeo defensus, ac gestis prouectus celum. i. pontificium hunc thronum merito ascendisti. Et.n. Reuerendissimi Ecclesiæ Romanæ Senatores cum diutius in tantis rerum difficultatibus consuluissent de opportuno Pontifice eligendo, qui nauiculam Petri fluctuantem tuto regeret, te vnum consensu vnanimi & diuino inspiratu pastorē subito cæteris prælegerunt: & quidem omni iure, vt qui id quod facis optime faceres, & vt quod oratorio pro rep. patria fungēs munere, vere per epigramma huiusmodi nostrum tibi prædixi.

Cum superos cæli cursu natura planetas,
  Iunctura aduersos gentibus alta foret,
Prouida quæ nunquam deest orbi cura tonantis,

Clementem tribuit nomine reqꝫ patrem,
Illius expertæ vt solers vigilantia mentis,
Talibus occurrat numine freta malis.

O quantum igitur studii litterarum studiosis accessit, cum omnes te, quẽ Cardinalem fautorem iam experti sunt, Pontificem esse electum intellexerũt. Sperant.n.te summum vt nomine: sic te ipsa orbis patrem fore tam faustũ doctis, vt non modo recepturus sis eos ad tuum patrocinium confugientes, sed & vocaturus sis delitescentes. Vnde cum Pontifice Leone tam optimo ingeniis mercurialibus, quam maximo, semper auram fauoris eruditi quiqꝫ senserint. Ecce sub te pastore pari ac maiori, pariter ac magis sperant, Cumqꝫ inuidere possint, æuo Paulo prioris litteratis, patronos maximos Illustrem Cosmam auum tuum, Excellentem Laurentium Patruum, Magnanimum Iulianum patrem, te fautorem nacti tantum facultate & animo, minime amplius inuidẽt. Sed cum in hæc laudũ Beatitudinis tuæ præconia veritate coactus, ac opportunitate adlectus diuerterim Sanctissime Pater, vt ad opus redeam, scripsi illud stilo parte magna parisiensi (quod dicitur) proximo, vt iuxta Ciceronis præceptum, cõsuetudini Philosophorum nostri æui obsequerer, ac etiam quoniã hæc scribendi ratio si temperetur sicut nos facere conati sumus, videtur efficacacissima ad rem discutiendam in controuersia positam. Sic.n.per eam veritas ipsa dilucidata aperitur, & falsitas patefacta detegitur. Bene diuqꝫ felix vale Pater Sanctissime & Petrum Nicolaum seruulum deditissimum cõmendatũ habe. Fauentiæ. M.D.XXV.xiii.Cal.Septembris.

Ad eundem Epigramma.

Accipe qui triplici Clemens pro numine princeps,
Trino immortales dirigis orbe animos,
Immortalium opus animorum, dogma Platonis,
Vno complexum sensu & Aristotelis.
Materies fidei concors pars maxima sanctæ,
Et tibi mens gratum serua dicantis agat.

AD SANCTISSIMVM AC CLEMENTISSIMVM D. D. N. CLEMENTEM VII. PONTIFICEM MAXIMVM OPERIS DE IMMORTALITATE ANIMORVM SECVNDVM PLATONEM ET ARISTOTELEM PETRI NICOLAI EX CASTELLANIIS FAVENTINI LIBER PRIMVS.

¶ Quæ ratio scribendi opus. Cap. Primum.

OMnia appetunt perpetuitatem,& illius causa agunt quæcunq; agunt, vt dicitur lib. iii. de anima textu cōmenti Auerrois trigesimiquarti. Quapropter etiam homines præcipuæ desiderant scire immortalitatem animorum,vt Aristoteles narrat i theologia mystica lib. x. cap. xix. Et.n. vt,Cicero ait in oratione pro archita,homines freti spe immortalitatis degūt iucundius. Spes nāq; alit voluptatem humanam,vt ex Pindaro Aristoteles dixit in Economica. Amplius immortalitas animorum est principium ad philosophiam moralem potissimum,vt Macrobius ait & Diuus Thomas in expositione symboli Apostolici,atq; id etiam testantur orbis leges omnes, quæ vt inquit Auerrois lib. iii. de anima com. v. decernūt animum esse immortalem. Et.n.vt idē adducit.iii.de anima. com.xiiii. Opinio mortalitatis animi,est occasio prauitatis. Ac vt Plato in Phedone probat,per demōstrationem immortalitatis pauor mortis,tāq morbus grauissimus contra fortitudinem pellitur, immo etiam secūdum Themistium in prohemio physicorum,mors optatur. Per mortalitatem autem spes iusti præmii virtutis subtrahitur. Sed quāuis immortalitas animorum sit certissim a christiano,immo etiam philosopho nulli addicto indubitata,quia tamen est difficilis scitu, ob quædam philosophorū placita,& patitur magnas cōtrouersias,præsertim hac ætate,orta inter hodiernos philosophātes,super ea re de opinione Aristotelis,dissensione. Veritas aūt iuxta Auerroem in Algazelem,est omnium carissima,ac omni cōnatu defendenda,imo etiam omni amicitiæ præferenda ex Aristotele primo ethicorum cap. vii. maxime autem ea,quæ est necessaria vitæ dirigendæ,qualis est de immortalitate animorum. Sed & quoniam in philosophia non est veritas per rationes falsas afferenda,vt colligi potest ex secundo metaphisicæ. Visum est nō inutile (cum noua plurima hic afferamus,neq; importunum,nam & nos publice ac ordinarie philosophamur) etiam sententiam nostram super hac re promulgare,quæ qualis sit iudicent qui perlegerint, sed citra affectus vt monuit Aristoteles primo de cælo textu com. ci. sicut nos quoq; modo ægimus: ita enim philosophia contradictione professorum creuit inquit Boetius super top. Ciceronis,& collatu plurium perficitur secūdo metaphisicæ com. ii. vtq; delicta excitant artem: sic errata veritatē. Præcipue autem ad scribendum etiā adductus sum q vt Auerroes in Algazelē, & tertio de anima com. xiiii. notat. Autoritas errantis est magna ad errandum occasio,& opinio falsa maxime tāti momenti philosophiæ vel eius præceptori primario imposita est argumentum q philosophia sit professio vana & consequenter ad contemptum eius in uitamentum,absurdum nāq; ingens hæret oculis,inquit Aristoteles. vi. politicorum. Cui adcessit q rationes supererant vtrinq; plures quas adduximus. Et falsas leuiter inductas ab aliis ad probabilitatem summam deduximus & pariter soluimus,ordine suo præsertim digestis singulis. Veras autem probationes ad euidentiam plenam expressimus,impugnationesq; illarum quot & quātæ excogitari possint,adiecimus ac destruximus, sed & opinionem Platonicam

ab vno inuolutam silentio, ab altero tantum indicatam aperuimus. Eiusq; rationes hactenus putatas dialecticas ad apodicticas conduximus, ac esse peripateticas ostendimus, quibus omnibus etiam addidimus sententiam Aristotelis manifestam, ex aliquot locis sumptam præcipue auté ex lib. eius de anima ad eudemum. item ex eius theologia mystica, quæ recenter ac primum in vsum latinorum prodiit, sub diuo Leone Decimo patruele tuo Pontifice tam optimo quam maximo, & philosophiæ ac omnium virtutũ vere augusto, ex quorum operum vtroq; omnis scrupulus dubitationis eximitur, & ansa dissoluẽdi occurrentes ambiguitates affert.

¶ Quod animum esse immortalem sit ab homine scibile. Cap. ii.

Animum esse immortalem non esse scibile humanitus hoc est ratione demonstratiua probabile, quidam putauerunt, quamuis animum esse immortalem potius asserant, vt Galenus in cõmentariis morborũ acutorum: vbi scribit ꝙ vtrum animus sit immortalis est problema neutrum, in opere autem de spermate ei adscripto dicit animum esse immortalem: & declarat quo modo vniatur corpori mortali. Sic etiam Ioãnes Scotus in lib. quarto sententiarum theologicarum dist. xliii. xlii. sentit, huius autem opinionis fundamentum est, ꝙ immortalitas animi neq; per essentiam eius potest demonstrari: cũ ea sit ignota, neq; per operationem, cum omnis operatio (vt videtur constare) pendeat a corpore, atq; ita non ducit ad independentiam animi a corpore: neq; ex consequenti ad separabilitatem, sed hæc opinio est falsa, ꝙ probatur imprimis autoritate Themistii in proemio phy. vbi dicit ꝙ physiologia est vtilis ad immortalitatem animi demonstrandam: & lib. i. anaty. post. c. xxviii. vbi dicit ꝙ immortalitas animi est demonstrabilis demõstratione quia & propter quid & physice, & philiponus dicit idem ibidem. item Boetius ait in consolatu philosophiæ ꝙ immortalitas animi certis rationibus in philosophia demonstrata est. Amplius Plato in phædro rationem immortalitatis animorum adductam dicit esse demonstrationem, & in. x. de rep. similiter vocat huiusmodi rationes demonstratiuas: & in gorgia cogẽtes: & theeteto opinionem cõtrariam ridiculam. Auerrois quoq; tertio de anima com. xiiii. scribit assertionem de animo ꝙ sit mortalis, esse inopinabilem & euitabilem, rursus ꝙ immortalitas animorum putetur a Platone demonstrari. Testať etiam Diuus Augustinus in ciui. dei, licet id contingat paucis vt in lib. de trinitate scribit, & in opere proprio dixit se demonstrasse eam, huius autem signũ quoq; est ꝙ per has ratiões quidam adducti, & ob id certam immortalitatem sperantes, se se morti exposuerunt, vt protinus & cleombrottus lecto Platonis phedone. Ad hoc tamen sciendum est, ꝙ aliquid est demonstrabile apud sapientem, ꝙ non est demõstrabile apud omnes iuxta Platonem in phædro, quatenus principia demonstrationis possunt esse sapienti, propter eleuationẽ animi, nota & non omnibus, sic. n. dicit etiam Boetius in hebdomadibus ꝙ quædam sunt pĩncipia apud solos sapientes & maxime circa substantias abstractas vt exemplo docet, quandoquidem hæ sunt tantum sapientibus purgatis & illustratis animis, notæ vt postea declarabitur, vt plotinus etiam dicit in enneade. iiii. lib. viii. Et testatur Aristoteles ex dogmate ægyptiorum in theologia mystica lib. i. cap. iiii. Quapropter etiam principia ad demonstrandum ĩmortalitatem animorum, sunt tantum sapientibus nota, vt etiam progressu operis liquebit. Et enim vt Aristoteles ait. vii. ethi. cap. xiiii. sapientes velut oculum per experientiam habentes: discernunt principia. Maxime autem talia, quoniã

vt dicit Plato in phædone, animus ab aliis sub specie corporea consideratur. i. existens in corpore, quo modo non potest perfecte cognosci ab illis, a sapientibus autem per moralem philosophiæ purgationem metaphysicamq; abstractionem cognosci satis adhoc potest. Quamuis autem demonstratio immortalitatis sit tantum apud sapientes habilis, tamen certo etiam credendã est ab aliis, nam iuxta Aristotelem. vi. ethi. cap. xiiii. non minus est credendum placitis sapientum, sine demonstratione propria q̃ per demõstrationẽ cõclusionibus. Fides. n. est prima certitudini inqt Auerrois primo cæli com. xxii. Postremo etiam, q̄ imortalitas animi sit demonstrabilis, processu operis fiet manifestum, atq; ita obiectio adducta soluetur, nam immortalitas animi & per essentiam animi & per operationem demonstrabitur.

¶ Quod immortalitas solius animæ rationalis est consideranda & quid sit animus. Cap. iii.

QVamquã proposito q̄ immortalitas animæ sit cõsideranda, solius rationis subintelligendum sit, tum ratione ipsius nominis animæ, q̄ est analogum, quare nisi aliunde determinetur supponitur pro significato potiore vt colligitur ex Aristotele primo phy. textu cõmenti. xxvi. tum vsu philosophantium vt Platonis & sequacium sic accipiẽtium in proposito. Iuxta hilarium autem significatio ex vsu loquentium est accipienda, Præterea quãuis ratione prædicati pro veritate ad tale significatum contrahentis subiectum, immortalitas animæ rationalis subintelligatur, cum dicitur anima esse immortalis, tamen ad præcidendas cauillationes præcepto Aristotelis in elenchis, dico de immortalitate animæ rationalis esse considerandum, quam voco animum breuiloquii causa, mutans in orationem nomen ex Aristotele primo priorum, & signans rem certo nomine iussu Platonis in timæo quod nomen a Lactantio etiam accepimus, nam pars animæ qua sapit & intelligit est intellectus possibilis, vt patet tertio de anima textu cõmẽti primi. Animus autem est pars seu species animæ, qua sapit & itelligit. De immortalitate item animorum opus præinscribo vt pluralitatem eorum etiam titulo indicem.

¶ Quod anima est substantia non accidens. Cap. iiii.

IMprimis igitur ad pleniorem instructionem altius repetens quædã opportuna, quid sit anima quæ est genus animi aperiam, declarans iuxta præceptum Aristotelis primo de anima textu cõmẽti. vi. in quo genere sit, anima autem est substantia non accidens, nam cum de formis etiam naturalibus aliquando dubitatum sit an sint substantiæ, vt patet secũdo phy. tex. com. vii. de anima minime dubitatum est inquit Themistius secundo de anima cap. i. Et. n. vt quoq; dicit Auerrois secundo de anima com. ii. animam esse accidens est impossibile, manifestum naturaliter & primo, quare etiam ab Aristotele secundo de anima tex. com. ii. sopponitur animam esse substantiam. Sic autem ab Alexandro probatur in paraphrasi aduersus proteruientem. Omne susceptiuum contrariorum secundũ mutationem sui est substantia, anima est susceptiua contrariorum secũdum mutationem sui, ergo anima est substantia sumptũ est dictum Aristotelis in prædicamẽto substantiæ assumptum ex se patet. Rursus ab Auerroe secundo de anima com. ii. sic etiam probatur, omne nobilius quolibet accidente maxime inferiore est substãtia, sed anima est nobilior quolibet accidente maxime inferiore, ergo anima est substantia. Sumptum habet

vii.metaphysicæ tex.com.iiii.quoniam nullum accidens est melius substãtia, assumptum probatur quoniam operatio animæ est melior operatiõe cuiusli/bet accidentis, maxime inferioris vt ad cautelam addit Auerrois, quam limi/tationem tñ demit secundo cæli com.lxi.& colligitur primo de part.animal. cap.i.Amplius ꝙ anima sit substantia sic ex Aristotele colligitur probatio iu/xta Alexandri & Auerrois expositionem. Omnis pars substantiæ est substãtia, sed anima est pars substantiæ, ergo anima est substantia. Propositio maior pa/tet ex cõmuni conceptu primo phy.tex.com.xxix.lii. & minor similiter. Et si obiiciatur ꝙ secundo de gen.cap.iii.dicitur ꝙ anima non est pars constitutæ formæ, respondeo, ꝙ Aristoteles ibi non de anima sed de spiritu loquitur quẽ asserit non esse partem fætus vt colligitur ex ipsa littera diligenter cõsiderata. Præterea secundum Alexandrum. Omne principium substantiæ est substãtia, anima est principiũ substantiæ. Propositio maior patet primo phy.tex. com. xxix.& primo de anima tex.com.lxxviii.minor autem constat ex omnium cõ sensu vt refert Auerrois primo de anima com.xxvi. Præterea omne melius ali qua substantia est substantia, sed anima est melior aliqua substantia, ergo ani/ma est substantia. Propositio maior patet, minor est Aristotelis primo de par/tibus animalium cap.i.& patet nam anima est nobilior corpore vt ibidem di/citur, & in theologia mystica lib.xii.cap.xvi.

¶Quod anima est substantia incorporea. Cap. v.

Amplius cum substantia sit triplex secundo de anima tex.com.vii.& lib. vii.metaphisicæ tex.com.vii.ac.xii.lib.tex.com.xiiii. vꝫ materia, for/ma, & compositum, ꝙ dicitur corpus, necessariũ est etiam scire in qua spetie substantiæ sit anima iuxta præceptum Aristotelis primo de anima lib. tex. com. vi. maxime cum natura corporea, & natura incorporea valde diffe/rant secundum Auerroem primo de anima com.xxviii.& materia ac forma, valde etiam distant primo de anima com.vi. Anima igitur non est corpus, vt patet ex Aristotele secundo de anima tex.com.iiii.cuius ratio est, quoniã nul/lum corpus est in materia subiecta, anima autem est in materia subiecta, ergo anima non est corpus. Præterea fere omnes philosophi consentienter dixerũt animam esse substãtiam incorpoream vt patet ex Aristotele primo de anima lib.tex.com.xxvii.ac in theologia mystica lib.i.cap.ii.& lib.iii.cap.v. ac lib. iii.cap.i.Quod autem anima non sit corpus ita probatur ab Alexãdro, si ani/ma foret corpus, plura corpora essent simul, consequens est impossibile vt di/citur.iiii.lib.phy.tex.com.viii.& demonstratũ est ab Alexandro proprio ope vt ipse dicit & refert Themistius lib.iiii.phy.consequentia deducitur, quoniã anima est in toto corpore animato, vt dicitur primo lib. de anima tex. com. lxxii.xcii.& ex Themistio secũdo de anima cap.iii. Rursus ꝙ anima nõ sit cor/pus ita probatur in theologia mystica lib.iii.cap.i.si anima foret corpus, acce dens corpori augeret corpus, & recedens diminueret, sed neutrum facit vt ex perimento constat, ergo anima non est corpus. Amplius nulla substantia no/bilior omni corpore vt corpus est corporea, sed anima est nobilior omni sub stantia corporea, ergo anima non est substantia corporea, propositio maior patet ex eo ꝙ alioquin foret nobilior se ipsa, minor autẽ colligitur ex Aristote le primo de partibus animalium cap.i.& in theologia mystica lib.xii.cap.xvi. atq; ex Auerroe secundo lib. de cælo com.lxii. Specialiter autem ꝙ anima nõ sit etiam spiritus qui aliter dicitur calor naturalis siue æthereus, declarat Alexã der ac dĩ in theologia mystica lib.xii.cap.xvi.&.xvii.lib. item tertio cap.v.

declarat

Questio movetur, an anima humana sit forma informans corporis. Et immortalis et aeterna:

declarat Alexander in paraphrasi sua de anima, anima tamen est forma prima spiritus, quod est vehiculum animæ secundum Auerroem in lib. de sensu, sine quo vehiculo vt dicetur anima non vnitur corpori sensibili. Rursus quod anima non sit elementum, neq; constans ex elementis probat Aristoteles secũdo lib. de gen. tex. com. xlv. quoniam nulla operatio animæ potest conuenire tali corpori, sicut etiam dicitur secũdo lib. de anima tex. com. xxxviii. & xxxix. & in theol. mystica. lib. xii. cap. xiii. Chalcidius in timæum probat ita etiã animam non esse corpus.

¶ Quod anima est forma corporis. Cap. vi.

QVod anima nõ sit materia corporis eadem ratione probatur, quoniam materia non est in materia subiecta: anima autem est in materia subiecta. ꝙ si obiiciatur ex theologia mystica, ꝙ anima non sit in materia vt forma. Dicẽdum: quod non est in materia prima imediate, vt Auerrois etiam testatur. v. metaphysicæ com. xv. Quod autem anima sit forma sic probatur consequenter syllogismo disiunctiuo ex Aristotele secundo lib. de anima tex. com. iiii. Anima aut est substantia quæ est corpus, aut materia aut forma, anima non est corpus: neq; est materia, ergo est forma: nõ tãtum simpliciter sed corporis, nam anima vt anima est in corpore & cum corpore ex consensu omnium philosophorum inquit Aristoteles secundo de anima tex. com. xxvi. Rursus ꝙ anima sit forma corporis ita probatur ab Alexandro & Themistio, & ratio sumitur ex Aristotele secundo de anima tex. com. viii. omne ꝙ est principium essendi corpori animato, est forma eius, sed anima est principium essendi corpori animato, ergo anima est forma eius. Propositio maior patet. vii. metaphysicæ ca. xxxvi. & primo metaphysicæ com. ii. & patet ex ratione formæ, quæ aliter dicitur græce Enthelechia. i. habitus pfectus interior iuxta itegram ethimologiam, dicitur autem actus siue perfectio latine, propositio minor probatur sic ab Alexãdro & Themistio: omne ꝙ est principium distinguendi est principium essendi, vt. n. ex Porphirio patet: omnis differentia specifica est cõstitutiua: anima autem est principium distinguẽdi, vt est per se notum, ergo anima est principium essendi. Amplius ab Alexãdro & Themistio ita quoq; probatur ex Aristotele secũdo de anima tex. com. xxiiii. omne ꝙ est principium agendi corpori est forma corporis, sed anima est principium agendi corpori, ergo anima est forma corporis, hæc conclusio ponitur in theologia mystica lib. xii. cap. xiii. Neq; item anima est Idolũ materiæ expressum vt quidã imaginanť, ex theologia mystica lib. xii. cap. xv.

¶ Quod anima non est harmonia, item ꝙ non est complexio. Cap. vii.

PRæterea ꝙ anima nõ sit harmonia probatur ab Aristotele primo de anima tex. com. liiii. quæ fuit opinio non Pythagoræ, sed pythagoreorum quorũdam vt refert Themistius primo de anima cap. xxiii. & in theologia lib. iii. cap. v. hæc opinio ꝙ anima sit harmonia improbatur, ab Alexãdro item a Themistio, sed & a Platone in phædone ꝙ si quis obiiciat animam dici ab eodem harmoniam in timæo respondendum ꝙ apud Platonem anima non est harmonia partium corporis, sed suarum. Anima item non est complexio vt Aristoteles dicit primo de anima lib. com. lvi. & in theologia mystica lib. iii. cap. iiii. hæc autem opinio ꝙ anima sit complexio adscribitur Hippocrati a quibusdã sed falso, licet anima per cõplexionẽ corporis, illi coniũgatur

secundum eum, vt in theologia dicitur lib. xii. cap. xiii. Quod autem anima non sit harmonia vel complexio sic a Themistio primo de anima cap. xxiii. pluribus argumentis ex Platone & Aristotele probatur. Imprimis. n. nulla substantia est harmonia vel complexio, anima est substantia, ergo anima non est harmonia vel complexio. Secundo nulla forma prior corpore est harmonia vel complexio, anima est forma prior corpore, ergo anima nõ est harmonia vel complexio. Tertio nullum mouens corpus, est harmonia vel complexio, sed anima mouet corpus, ergo anima nõ est harmonia vel complexio. Quarto harmonia vel complexio intenditur & remittitur, anima neq; intenditur neq; remittitur. Quinto harmonia alterato corpore variatur, anima autem alterato corpore nõ variatur. Sexto si anima foret complexio, cum sint propriæ complexiones membrorum singulorũ, forẽt singulæ animæ singulis mẽbris.

Quod anima est natura media & quomodo scientia de anima est media inter physicam & metaphysicam. Cap. viii.

Anima est natura media inter substantias diuisibiles & indiuisibiles iuxta Platonẽ in timæo & vt refert Auerrois primo lib. de anima com. xxvi. anima autem est media participatione modi essendi saltem secundum speciem, quatenus est quidem in materia vt formæ naturales, non autem pendet a materia simpliciter, anima autem non est media secundum essentiam, quoniam non est ita medium inter substantiam abstractam a materia & concretam materiæ inquit Auerrois primo lib. metaphysicæ com. xxxix. & lib. iii. com. vii. Quapropter etiam tota sciẽtia de anima quæ vocatur psychologia, media a græcis dicitur inter physicam & metaphysicam vt Themistius dicit in proemio phy. & simplicius in prædicamẽtis ac Boetius in prædicabilibus. Neq; autem dico, est mathematica idcirco vocanda, neq; ita a Themistio vel simplicio vocatur sed media vt mathematica. Et. n. pars vna sciẽtiæ de anima ea v3 quæ est natura, est physiologica sicut aperte scribit Aristoteles in fine libri de motu animalium, & primo de anima lib. tex. com. xv. ac. vi. metaphysicæ tex. com. ii. Pars item psychologiæ vna est metaphysica, vt de illa anima q̃ non est natura sicut testatur Aristoteles in lib. ii. de partibus animalium cap. s. & lib. vi. metaphysicæ tex. com. ii. q̃ & Themistius declarat in proemio physicorum, maxime quo ad considerationem de intellectu agẽte, & possibili præcipue secundum operationem a corpore non pendẽtem. Quare hoc modo scientia de anima est media, sic autem & mathematica vna v3 astronomia est media: parte. n. quadam est physica vt colligiẽ ex Aristotele secundo lib. phy. tex. com. xvii. sane intellecto, q̃ & diuus Thomas confirmat Parte autem quadam est metaphysica secundum virtutes cælorum abstractas & intelligentiarũ influentias, apud Platonem. vi. de rep.

Quid sit anima rationalis & de ambiguitatibus circa eam occurrentibus. Cap. ix.

Præterea de anima rationali, quæ vt dictum est, a nobis animus vocatur, quid sit explicatius docẽdum est, cum varias patiatur difficultates, & imprimis quod quidem animus sit principium intelligendi homini, vt Aristoteles scribit lib. ii. de anima tex. com. xxiiii. ab oibus concessum est. Ambiguitates autem quæ circa animum occurrunt, præcipue sunt istæ, vtrũ v3 animus sit substantia vna simplex neq; constans ex pluribus substantiis tanquam

partibus, an sit compositus ex intellectu agente & possibili vt ex materia & forma, Rursus vtrum animus sit forma assistens tantum, homini, an autem constituens eum. Amplius vtrum animus sit vnicus omnium hominum, an numeratus, numeratione hominum, hæc autem omnia problemata suis locis oportunius discutientur.

¶ Quod omnes concedunt aliquem intellectum inesse homini, & intellectũ agentem immortalem, præterea etiam, sapientibus animum esse immortalem est per se notum. Cap. x.

QVod intellectus sit, modo est omnibus manifestum, & veterum primus anaxagoras ratione iuenit vt refertur lib. i. de anima tex. com. xxxi. ac primo lib. metaphysicæ cap. ii. Omnes item concedunt aliquem intellectum inesse homini, & Aristoteles scribit pluribus locis maxime secundo lib. de gen. animal. cap. iii. ac lib. x. ethi. cap. viii. & patet per experientiam actuum intellectus, quos quilibet experitur in se ipso, secundũ diuum Augustinũ in opere de trin. & Auerroem. iii. lib. de aia com. xxxvi. ac diuũ Tho. in opus. contra vnitatem intellectus, tertio item lib. de anima & contra gentiles. Rursus omnes tãquam veritate coacti vt dicitur lib. primo phy. tex. com. xlviii. & lib. primo metaphisicæ cap. ii. concedunt intellectum esse imortalẽ, quare cũ illud quod non patitur contradictionẽ sit supponendum vt dr lib. ii. de cælo com. viii. hæc quoq; omnia nobis impræsentiarum supponantur, donec alibi etiam probentur. Præterea ꝙ animus sit immortalis, est cõmunis aĩ cõceptio apud sapientes metaphysicos, ita ꝙ immortalitas est passio p se nota de subiecto, hiis quibus depuratis mentibus aĩus est notus pfectius vt theologi dicunt, ꝙ beatis per se notũ est deũ esse a quibus essentia diuina clare inspicit.

¶ Quod aĩum esse imortalẽ apud plures ac sapiẽtiores est assertũ. Cap. xi.

AMplius cum probabile sit in doctrina præmittendum, iuxta simpliciũ in prædicamentis, hic etiam dicendum ꝙ plures ac sapientiores philosophi asserunt animum esse immortalem, imo etiam omnes leges populorum vt Auerrois refert lib. iii. de anima com. v. sapientes autem qui asserunt animum esse immortalẽ sunt Tales milesius ut refert laertius in uita eius, Anaxagoras ut dicitur lib. primo de anima tex. com. xxxi. pythagoras ut plutarchus testatur i uita Homeri, Hermes trimegistus, Socrates, Chrysippus, Zoroastes, Horpheus, Creantor, Xenophanes, Xenocrates, Homerus ut patet in eius Odissea, atq; illiade, quãq̃ mẽtẽ esse eadẽ cũ sensu uideat dicere ut refertur lib. ii. de aia tex. co. clvi. sicut pythagoras quoq; credidit, quare decipit q putat idcirco Homerũ credidisse aĩum esse mortalẽ. præterea philosophoꝝ sine ↄtrouersia principes vʒ plato & Aristoteles asseruerũt aĩos esse immortales ut ostẽdet ex eorũ dictis ac placitis, ac utriusq; sectatores clarissimi. s. platonici diuus iamblicus, magnus plotinus, porphirius, proclus, Multiscius ammonius, alcinous, aristotelici quoq; Theophrastus grauis, Themistius lucidus, philoponus acutus, simplicius copiosus, ex arabicis itẽ auicẽna philosophus solers, algazel ꝓfundus, auerrois diligẽs, ex physicis Galenus & Diocles, ex latinis Cicero, Macrobius, Seneca in epistola ad martiã, & in opusculo de prouidentia diuina, & in quadam epistola alia non dubitat de immortalitate animi, ut quibusdam uidetur, sed arguẽs assumit, ut plato in apologia Socratis, ꝙ siue animus sit mortalis, siue immortalis, mors non est timenda.

¶ Cur aliqui etiá philosophi crediderint animú esse mortalé. Cap. xii.

QOd aliqui etiam philosophi crediderint animos esse mortales nihil mirum est, quoniam diuina prouidentia ita contigit, vt veritas habeat aduersarios, quo melius contradictione discutiatur vt dicitur lib.iii.metaphysicæ ac vt oppositione elucescat vt dicitur secundo lib. elenchorum, sic.n.& aliqua philosophiæ principia quáuis necessaria, & indubitanda, tamen aliquando fuerút negata vt in metaphysica: de quolibet dicié esse vel non esse ab Heraclito & Protagora, in physica motum esse a Diogene plura esse entia, a Melisso & Parmenide, in mathematica continuum esse diuisibile in infinitum a Democrito, in logica sciétiam esse habilem a Pythagora, & ab Epicuro, vt refert Auerrois lib.viii.phy.com.xxiiii.in theologia deú esse a protagora, sed & cú sapientiæ sectatores sint excusandi in erroribus, vt dicit Auerrois in proemio sui operis aduersus Algazelem, nos etiam adiungimus q philosophi aliquando fiunt melancholici vt testatur Aristoteles particula.xix. problematum, quare in aliquos ob id cadút errores vt animaduertit Auerrois ibidem, sicut ex eadem causa ægritudinis labuntur in vitia vt dicitur.vii. ethi. cap.viii. vt refert Auerrois in prologo phy.&.iii.de anima com.xiiii. tale aút fortasse contigit Alexandro aphrodisæo qui primus finxit animum esse mortalem apud Aristotelem: sicut idem negauit prouidentiam diuinam apud eúdem & asseruit naturalem, vt testatur in lib.de fato contra tamen Aristotelem aperte in locis pluribus vt dicemus in lib.iiii. sicut etiá dixit qualitates accidentarias elementorum esse formas substantiales eorum, in paraphrasi de anima, cótra Aristotelem aperte lib.iii.metaphysicæ tex.com.xvii.& primo lib.phy. tex.com.xxx.ex quo loco eú redarguit Auerrois lib.viii. metaphysicæ com. v, occasio autem errandi Alexandro etiam ex duobus locis in Aristotele fuit vt postea dicetur, & auferetur, altera rursus causa errandi est autoritas primi et tantis vt notat Auerrois lib.iii.de anima com.xiiii. atq; hæc vt idem ait contigit Alpharabio, Auempacæ, & Albubacheri, ob Alexandri illo tempore famá propter quam nemo putabatur esse aristotelicus túc, qui non erat alexádræus professione. sic.n.putantes opinionem Alexandri esse aristotelis, & opinioné Aristotelis verá, in errorem mortalitatis animorum lapsi sunt, ita.n.dato vno inconuenienti multa contingunt vt dicitur primo lib.phy.tex.com.x. vnde impossibile est addictis in philosophia proficere, sicut nostra ætate multis contingit, hæc eadem causa errandi fuit Gregorio Niceno Theologo magis quá philosopho vt immortalitatem animi ex Alexandri interpretatione Aristoteli adscripserit vt patet ex pari ratione, cui & alia contigit v3 inexercitatio in philosophia aristotelica, cum tunc potius floreret platonica, inexercitatio autem in aliqua scientia est causa errádi vt notat Auerrois lib.i.de cæl.com.xxii.maxime autem in aristotelica philosophia, q̃ non potest intelligi ob breuiloquiú nisi ab eo qui omnes vel plures libros aristotelis perlegerit, vt dicit simplicius in prædicamentis. Tertia errandi causa est consuetudo in aliqua professione vt testatur Auerrois in digressióe.c.lx.lib.primi phy.lib.ii.apposita, & secúdo metaphysicæ com.xv.& primo cæli.com.xxii.& colligitur ex Aristotele lib. secundo metaphysicæ tex.co.xiiii. Talis contigit Lucretio in epicuri dogmate diutius versato vt patet ex eius libris. Quarta errádi cá est affectus q iudiciú corrúpit iuxta aristotelé lib.ii.eth.ca.ix.atq; hæc adducié ab aristotele i theo. myst.lib.i.cap.iiii.&.lib.vii.cap.xiiii.& hæc cótigit epicuro ac sardanapalo, atq; oibus similibus. Quinta errádi cá est infirmitas intellectus, q̃ dr ruditas, vt colligié ex aristotele lib.ii.metaphysicæ tex.co.xv. & ex auerroe primo cæli

com.xxii.talis contigit hiis qui nesciētes soluere quasdā rōnes cōtra imortalitatē aiorū occurrentes, putant animos esse mortales, quod tū nō est faciendū, nam vt plato docet in phædone, non est ab opinione rationabili per quālibet obiectionem recedendū. Et vt dicit aristoteles primo elenchorū opinio vera est sapientū nisi aperte constet eius contrarium ex verbis, talis autem contigit Plinio historiographo & similibus, sed vt dicit aristoteles primo topicorum cap.ix. quolibet proferente contrarium sollicitari stultum est.

LIBER SECVNDVS.

¶ Quid sit anima apud Platonem. Cap. i.

QVoniam platonis & aristotelis præcipue opinionem de immortalitate animorum explicare proposuimus a platonica incipiemus vtpote faciliore. Imprimis igitur anima non esse corpus sed substantiam incorpoream apud Platonem, testatur Galenus in historia philosophorum. Et id minime dubium est īquit Themistius primo de anima cap.xx. ex platonis dialogis, & subdit Themistius ꝙ nec aristoteles primo de aīa tex. com.xlv. imponit platoni, sed timæo opinionem ꝙ anima sit corpus. Præterea anima non est numerus apud platonem ait plutarchus in libello de generatione animæ iuxta platonē, sed inquit anima est ꝯstituta numero.i. proportione, vnde & harmonia vocatur ab eo in timæo, est.n. composita optime. anima autem est harmonia suarum partium seu virtutum vt plato sentit: non est autem harmonia partium corporis, vt ī phædone probat & aristoteles primo de aīa tex.com.lv. apud quem etiam metaphorice posset dici anima esse harmonia.i. forma proportionata, vt sensus vocatur ab eo proportio lib.ii. de anima tex.com.cxliii. & forma carnis lib.iii.tex.com.x. Neq; autem opinio ꝙ anima sit numerus imponitur platoni ab aristotele primo lib. de anima text. com.lxvii. sed Xenocrati vt dicit Themistius cap.xxvii. cuius subdit fuit assertio manifesta ex libris eius, præcipue quinto de natura.

¶ Quid sit anima rationalis apud platonem. Cap. ii.

ANima rōnalis apud platonē vt colligit̄ ex alcibiade est itellectus separatus vtēs corpe.i. hoīe corporeo & sensibili, sic aūt & arist. scribit ī theo. myst.lib.xiiii.cap.iiii. atq; hæc est eadē rō quā assignat Themistius lib. iii. de aīa ca.vii. ꝙ aīa rōnalis est actus hoīs & corporis humani. Triplex aūt est hō apud platonē vnus intellectilis.i. idealis vt colligit̄ ex parmenide, q est verissimus hō, qdā est intelligibilis q est ipsa aīa rōnalis vt patet in alcibiade, q est hō verus, qdā rursus est hō sensibilis, quod aīal humanū appellat̄ ab eo in phædro, hō aūt sensibilis est idolū hoīs intelligibilis, & hō intelligibilis est simulacrū hoīs intellectibilis, hæc aūt ēt scribit aristoteles in theo.myst.lib.xiii.cap.i. itē lib.xiiii.cap.iiii. & v. itē lib.iii.cap.vi. & lib.x.cap.vi. ac.vii. Quod aūt intellectus possibilis siue aīa rōnalis sit ipse hō ēt apud aristotelē, colligitur.ix.lib. ethi.cap.ix. & lib.x.cap.viii. ꝙ & auerrois ibidē apertius cōfirmat: & Themistius lib.iii. de aīa cap.xxvii.xxix. īmo apud peripateticos in oībus cōpositis ex mā & forma, sola forma dr̄ res ipsa, vt colligit̄ ex arist.i.cæli tex.co.xcii. est aūt idolū formæ vnū, cātū formale apud platonē: vt eē albū albedinis, q̄ dr̄ forma totius a iunioribus, alterū aūt est forma inferior supioris, a qua ꝑcedit, vt cogitata animi, & aīus intellectus agētis: ꝙ & ab aristotele in locis adductis refert̄.

Triplex hō apud Platonem

¶Quod aia rationalis etiam constituat hominē apud Platonē. Cap. iii.

AMplius quāuis anima rationalis apud Platonem dicatur vti corpore in Alcibiade,& se habere vt eques equo,nihilominus etiam constituit hominem vt forma substantialis eius,sic enim dicitur,quia anima rationalis subsistit non constituta per materiam,quo modo intelligentia dicitur assistere cælo apud peripateticos,& intellectus agens possibili apud Themistium lib.iii.de anima cap.xxv.qui tamen apud eum actuat possibilem vt forma materiam,dupliciter autem anima rationalis constituit hominem, siue est actus & perfectio hominis vno modo vt refert Aristoteles in theol. mystica lib.iii. cap.vi.quia est causa intellectus patibilis existentis idoli,qui est forma substantialis hominis propria:secundo item vt refert etiam Aristoteles in theol. mystica lib.x.cap.ix.qm̄ vna cū aia sensitiua substātialiter vnita format hoiem,& itellectus patibilis,quæ phātasia,cogitaria, & opinaria dicit̄ a Platone in philebo,est aia rōnalis coniuncta apud eundē siue vita & aiatio rōnalis,& esse rōnale ac forma siue anima totius,quod autem aia rationalis sit forma substātialis hominis patet quoniam per eā homo est homo,vt notum in Alcibiade.

¶Quæ sit anima humana apud Platonem,& ꝙ cogitaria,irascibilis & concupiscibilis sunt anima vna. Cap. iiii.

PRæterea anima humana apud Platonem cōstat ex intellectu possibili & patibili,sicut apud Aristotelē vt refert Themistius lib.iii. de anima cap. xxxvii.Amplius aia rōnalis ꝯiuncta,quæ est cogitaria,& irascibilis & cōcupiscibilis,sunt aia vna subiecto,plures āt organis apud platonē, vt ipse testat̄ dialogo.iiii.de rep.nec qđ hæ tres sint substātiis,sed mēbris distinctæ,imponit Platoni Themistius lib.primo de aia cap.iii.sicut etiā sunt apud Stoicos.

¶Quod Plato asseruerit animos esse immortales. Cap. v.

QVod Plato asseruerit animos esse imortales manifestum est ex pluribus eius dialogis,quibusdam id supponentibus, quibusdam autem probantibus:sicut etiam omnes eius interpretes consentienter exponunt,vʒ Iamblicus,Plotinus,Porphirius,Ammonius,Proclus,Alcinous,& reliqui,vnde ipse Plato in gorgia dicit constitutas esse pænas animis iniustis post mortem,iustis autem decreta præmia,atq; hoc verū esse, non fabulosum asseruerat in lib.x.legum vbi etiam tulit legem punientem qui id negauerint. Præterea sciendū ꝙ plato nō asseruit oēm aiam hoc est ēt sensitiuā ac vegetalē esse immortales,vt pythagoras,ceu qdā imponūt Platoni,sed putat tm̄ intellectiuā esse immortalem,q̄ pp excellētiā vocat aiam simpliciter & dicit esse triplicem,cælestem,genialem ac humanā,brutorū autē & plantarū vitas potius vocat q̄ aias,vnde cum dicit oēm aiam esse immortalē intellectiuā accipit.

¶Obiectiones.v.ꝙ aius sit mortalis apud Platonem. Cap. vi.

SEd huic ꝙ dictū est aios eē imortales apud platonē quintupliciter obiicit̄, ip̄rimis autoritate Pāphili Eusebii lib.xiii.sui opis, vbi dicit Platonē fuisse dubiū de immortalitate aiorū. Secundo ratione quoniam, quicunq; loquendo vtitur disiūctiua est dubius de singulis partibus,sed plato in apologia Socratis vtitur disiunctiua,dicēs aut nullus sensus superest mortuo, aut aliquis

sensus superest mortuo, propositio maior patet ex Aristotele libro primo de interpretatione vbi colligitur disiunctiuam esse certam incertis partibus, sicut est necessaria, contingentibus partibus. Tertio quicunq; dubitat an moriturus eat in melius quam superstes, est dubius de immortalitate animorũ, sed plato est dubius an moriturus eat in melius quam superstes, ergo plato fuit dubius de immortalitate animorũ, propositio maior patet ex Themistio in proemio phy. dicente ob immortalitatem animorum certam fore mortem optãdam ad intelligendas melius substantias abstractas, minor est nota legenti platonis apologiã. Quarto omnis virtus vtens organo est corruptibilis, sed animus apud platonem vtitur organo, ergo animus est corruptibilis, propositio maior patet quoniam virtus vtens organo, illo corrupto desinit operari & sic consequenter existere, alioquin remaneret otiosa minor autem colligitur ex platone in timæo vbi ponit rationalem in cerebro, irascibilem in corde, concupiscibilem in hepate. Quinto anima humana est diuisibilis diuisione subiecti apud platonem vt nuper dictum est v3 ꝙ potentia vna est in vno membro & potentia altera in altero: quare anima humana est corruptibilis apud platonem, omnis.n. forma diuisibilis diuisiõe subiecti est corruptibilis inquit Auer. in lib de substantia orbis, dicitur ꝙ plato fingit animorum immortalitatem ad vtilitatem politiæ v3 ad spem præmii bonis, & metum pænæ malis.

¶ Solutio obiectionum. Cap vii.

AD hæc autem argumenta respondetur. Ad primum quidem ꝙ Eusebius fuit alterius opinionis, quare eius autoritas non est admittẽda, siquidem fuit in philosophia platonica non satis exercitus, qua de causa nescuit obiectiones ex apologia occurrentes dissoluere, ad quas nos dicimus, ꝙ argumentum illud est ad hominem v3 ad iudicem tyrãnicum, vnde assumitũ disiunctiua vt ad illum certa, incertis autem ad eundem partibus, cui nec altera tunc poterat satis probari. Præterea aliquando assumitur disiunctiua, non tãtum propter icertitudinem vtriusq; partis, sed quia vtralibet parte data propositũ deducitur, vt in ista, aut nullus sensus inest mortuo, aut aliquis sensus inest mortuo. Amplius dici potest ꝙ plato non dubitat de remanentia animi post mortem, sed de sensu, nam si animus nihil sentit, nõ sentit pænam mortis violẽter illatæ, si autem sentit aliquid, ergo animus est superstes, nec propter mortem corporis animus moritur, quare mors non est mala vt perdens omnino hominem, sicut putat tyrãnus. Ad tertium dicitur ꝙ plato non dubitat de statu futuro simpliciter, animi, tãquam morientis, sed de bono status futuri, propter icertitudinem beatitudinis futuræ ob demerita. Ad quartam obiectionẽ dicitur ꝙ plato intelligit animam rationalem coniunctam quæ est cogitaria esse in cerebro tanquam membro organico, contra loquitur de illa anima, quam asserit esse immortalẽ, & idcirco esse i cerebro, vt separetur ab aliis partibus mortalibus, sicut patet in timæo, & Themistius refert lib. iii. de aïa cap. xxxvii. Quare aliter soluendum, ꝙ apud platonem anima rationalis etiam immortalis vtitur cerebro tanquam organo, non proprio sed alieno, ac vt obiecto non autem subiecto intellectionis sicut etiam peripatetici aiunt, Rursus autem neq; anima rationalis vtitur corporeo organo semper sed pro tempore v3 in statu coniunctionis, neq; ad omnia maxime indubitanter apud platonẽ qui in theeteto ait aïam intelligere quædã p se, & in ciuili, vbi dicit ꝙ aïa intelligit icorporea nõ p phãtasmata. Et hoc mõ nõ est ipossibile ꝙ virtus separata vtens organo alieno & vt obiecto & ad tẽpus & ad quædã: sit incorruptibilis.

Ad quintam dicitur ꝙ anima intellectiua est indiuisibilis vere, est autem diuisibilis per similitudinem vʒ per potestates plures in pluribus membris operātes apud Platonem, ait Chalcidius in com. timæi, quare non sequitur ꝙ anima sit corruptibilis, forma. n. tantū diuisibilis vere diuisione subiecti seu materiæ formatæ vʒ per extensionem & consequenter sustentionem est ea quæ est corruptibilis vt Auerrois intellexit. Ad sextam quæ potius est responsio q̄ argumētatio dicitur ꝙ immortalitas non est ficta a Platone: nec a reliquis legislatoribus ad vtilitatem politiæ. Quoniam opinio falsa est maximum malum apud Platonem in gorgia, quare non est animis hominum a legislatore iusto imprimēda. Præterea mendacium damnatur a Platone in dial. ii. de rep. & veritas est familiaris philosopho inquit in. vi. de rep. & veritas est dux omnium bonorum ait lib. v. de legibus, vbi subdit ꝙ qui sponte mentitur est infidus. Rursus philosophus non mentitur inquit Auerrois in proemio phy. vir grauis non mētitur etiam ait Aristoteles primo ethi. nec vir Probus lib. iiii. ethi. cap. xiiii. Sermo item verus est vtilis ad recte etiam viuendum lib. x. ethi. cap. i. Legislator autē est philosophus inquit Plato in ciuili, & in. vi. de republica, Præterea est grauis & probus, quare non debet mentiri, nec expedit ꝙ mentiatur, siquidē omnia falso dissonant. Nec oportet, quoniā vt dictū veritas cōfert ad viuendū recte.

¶ Aliæ obiectiones duæ. Cap. viii.

AMplius ex phædone colligitur alia obiectio ꝙ Plato non asseruerit animos esse immortales simpliciter, sed tantum secundum quid, quoniā similiter etiam disiuncte loquitur ibidē, dicens quod anima est indissolubilis vel proxima indissolubili. Præterea apud Platonem omne compositū est corruptibile vt patet in timæo & probatur, nam apud eum, omne genitū est corruptibile, & omne compositum est genitum vt dicitur lib. i. de cælo, ergo omne compositum est corruptibile. Rursus omne compositum est dissolubile atq; ita corruptibile lib. i. cæli tex. com. ciii. & lib. iii. tex. com. xv. xxxiii. & maxime compositum per accidens vt dicitur. viii. phy. cap. xxxvi. Sed anima rationalis est composita apud Platonem in timæo, ergo est dissolubilis & ex consequenti corruptibilis.

¶ Solutio. Cap ix.

AD hæc dicitur ꝙ apud Platonem in timæo deus est omnino & ex natura sua æternus, cætera autem æterna, sunt æterna voluntate diuina quæ corruptibilia ex se, sed loquutiōe impropria ab eo dicunť, nec debēt dici æterna sed potius perpetua vt ait Boetius in cons. philosophiæ lib. v. Et. n. omnia alia continue seruantur a deo vt lumen a sole, vt dicitur in theol. myst. lib. xiii. cap. v. & Aristoteles asserit lib. xii. methaphisicæ tex. com. xxxviii. cū de deo loquens, ait a quo cælum & tota natura depēdet. Ratio autem ꝙ solus deus sit æternus est quoniam solus est simplicissimus, vt in Parmenide dicitur vbi vnitas siue ipsum vnum appellatur, & in theologia mystica lib. xiii. cap. v. & lib. iii. cap. iii. & iiii. omnia autem alia a deo sunt composita aliquo modo vt ibidem dicitur, & confirmat Auerrois lib. iii. de anima com. v. ꝙ solus intellectus diuinus est actus purus, & quilibet alius est impurus constans ex actu, qua ratione dicitur intellectus agēs & ex potētia, qua ratione dicitur intellectus possibilis, sic etiā dixit Boetius in lib. de vnitate ꝙ omnis intelligentia alia a prima est cōposita ex materia & forma. i. ex potētia & actu, hoc idē sensit auicebron

in lib. fontis

In lib. fontis vitæ, est autem ex materia propria & forma, vt dicit lib. xii. theol. cap. vii. hic autem potentia vocatur gradus imperfectionis, actus autem dicit gradus perfectionis, & hæc est vna compositio in aliis substãtiis a deo, alius est modus compositionis in substantiis productis ex essentia & existentia superaddita, & ob id accidentaria, tãquam etiam ex potẽtia & actu, vt recte sensit Auicenna in metaphysica, & theologi admittũt præsertim diuus Thomas in opusculo de ente & essentia cap. iii. quod autem omne ens aliud a deo sit productum ab eo, manifestum est apud platonem in timæo, sed & apud Aristotelẽ pluribus locis, maxime secundo lib. metaphysicæ. c. iiii. & lib. xii. c. xxxviii. & primo de cælo cap. c. apud Auerroem item apertius in disp. iii. contra Algazelem dubio. xii. Cum igitur omne aliud a deo sit aliquo modo compositum, est etiam ex consequenti, aliquo modo, vel imperfectum secundum primam compositionis rationem, atq; ita corruptibile secundum quid. i. non ex se necessarium, vel est dissolubile ex natura sua quatenus non est ex se vnum, sed cõpositione, & sic etiam ex consequenti est corruptibile aliquo modo. i. non ex se incorruptibile. Præterea vt ait Boetius in lib. de vnitate, omne propinquius enti primo est magis vnum: siquidem vt dicitur omne propinquius maxime tali est magis tale, & colligitur. v. metaphysicæ. c. xvi. & lib. iii. top. cap. iiii. primum autem ens est maxime vnum vt dictum est ex parmenide, & lib. xii. metaphy. c. xxxi. ab Auerroe, & in Algazelem. d. viii. d. ii. Quare etiam cum anima rationalis sit minus propinqua deo quã aliæ substantiæ abstractæ, siquidẽ est vltima inter illas vt refert aristoteles in theol. lib. vii. cap. v. & lib. ii. ca. iiii. & lib. x. cap. xv. & patet ex Auerroe lib. ii. phy. co. xxvi. & lib. iii. de anima co. xix. sequitur vt anima rationalis sit minus vna, atq; ita minus idissolubilis, quã reliquæ substãtiæ abstractæ & sic dicitur a Platone in timæo propinqua indissolubili, sic autem anima rationalis dicitur esse immortalis ex aliena conseruatione etiam apud Aristotelem lib. primo theol. cap. iii. & lib. x. cap. ix. Deus autem est necessarius ex se ibidem lib. iii. cap. iii. Præterea anima dicitur componi ex essentia indiuidua & diuidua apud platonem. i. habere potentiam aliquã abstractã & aliq̃ concretã vt plotinus exponit enneade. iiii. signate loquẽdo.

¶ Quod animus apud platonem non est ex se corruptibilis, neq; est ex se incorruptibilis. cap. x.

Animus igitur apud platonem non est ex se corruptibilis, quandoquidẽ ex timæo colligitur & refertur ab auerroe primo cæli com. cxxiiii. agẽs sapientissimum & potentissimum vt Deus non facit opus ex sua natura corruptibile q̃ velit esse perpetuum alioquin tale nã foret improportionatũ intentioni, atq; ita agens irrationabiliter ageret, item alioquin in eo foret potentia ad corruptionem otiosa vt deducit Auerrois lib. i. cæli com. cxxiiii. hoc modo in theol. mystica lib. ii. cap. iii. intelligentiæ dicuntur in se perpetuæ. i. non ex se corruptibiles, hoc etiam modo probatur ab aristotele lib. i. de cælo, q̃ nullum corruptibile ex se potest ab alio perpetuari, nec in isto sensu contradicit platoni, aristoteles, sicut neq; in multis aliis, vt simplicius in p̃dicamentis & Boetius in com. lib. de iterpretatione, & diuus Augustinus lib. v. de ciui. dei scribunt, & nos opere proprio molimur. Animus item non est ex se incorruptibilis vt probatum, alioquin etiam non indigeret conseruante, ita quoq; apud auerroem in lib. de substantia orbis, cælum nõ est ex se corruptibile, nec enim posset fieri perpetuum ab alio, nec est ex se incorruptibile: alioquin non indigeret cõseruante, hac ratione etiam apud philoponũ vt colligit. viii. phy.

com.lxxix. & lib. xii. metaphysicæ com. xli. cælum cum sit finitæ virtutis ex se non est infinitæ durationis ex natura sua, neq; ex consequenti ex se incorruptibile, ita etiam sensit Auicenna q contingens ex se. i. non necessariũ natura sua potest fieri perpetuum ab alio: & quamuis inter corruptibile & incorruptibile non cadat medium vt dicitur lib. i. de cælo tex. com. cxxvi. tamen inter corruptibile ex se & incorruptibile ex se datur medium.

¶ Obiectiones tres. Cap. xi.

Sed obiicitur, primo quoniam si apud Platonem in timæo, alia a deo perpetua, dicũtur esse ex se corruptibilia, inter quæ entia, vnum est anima rationalis, ergo anima ex se potest non esse, ponatur igitur nõ esse, sed hoc cõsequẽs repugnat illi, qđ dictum est animam rationalem esse perpetuam, vt patet etiam in theol lib. ii. cap. iii. consequentia autem patet, quia omne possibile põt poni esse primo lib. priorum cap. iii. Secũdo arguitur ratione Aristotelis lib. primo de cælo tex. com. cxx. si anima rationalis est ex se possibilis nõ esse, ergo habet potentiam infinitam ad nõ esse. Et rursus, si est perpetua ex alio, ergo habet potentiam infinitam ad esse. Quare in eodem instanti potest esse & non esse, & sic aut aliquando simul erit & non erit, aut saltem potest poni simul esse & non esse, cum omne possibile possit poni. Tertio anima rationalis est æterna ab alio, ergo non potest ex se non esse, consequentia deducitur quoniam æternum & necessarium conuertuntur, necessarium autem & impossibile non esse conuertuntur. ii. peri herm. modo quæcunq; conuertuntur cum vno tertio conuertuntur ad se inuicem. i. cæli & . ii. prio.

¶ Solutio. Cap. xii.

Ad hæc argumenta dicitur, q non oẽ possibile potest poni esse, sed possibile simpliciter, nam possibile vno modo vt secũdum rationem, & impossibile alio, vt secundum naturã nõ põt poni esse, vt verbi gratia formas mathematicas esse separatas, est possibile secũdum rationem, impossibile aũt fm naturã, quare nõ põt poni separatas existeẽ, & sicut motus cæli, ex quo habet quietem oppositam, apud auerroem lib. xii. metaphysicæ com. xli ex se potest non esse, tamen non potest poni non esse, cũ sit necessarius esse, ex parte motoris, necessario mouentis. Ad secũdum dicitur q (vt ex antedictis colligi potest) aliquid dicitur corruptibile ex se dupliciter, vno modo proprie loquẽdo, & hoc est, qđ hẽt i se potẽtiã positiuã ad corruptionẽ, & sic aĩa nõ est corruptibilis ex se, atq; ita argumẽtum procedit, qm̃ tale corruptibile ex se hẽt potentiã infinitã ad nõ esse, quare in quolibet instãti põt poni non esse. Aliud est corruptibile ex se improprie. i. non ex se incorruptibile, & aĩa est ita ex se corruptibilis. i. non ex se incorruptibilis, & tale nõ habet potẽtiã infinitã ad nõ esse, nec põt poni nõ esse in quolibet istãti. Aliter rursus diceret Plato (vt theologi ẽt nostri dicũt) q licet idẽ possit esse & nõ esse in eodẽ instãti, nõ tñ põt poni simł eẽ & nõ eẽ, qñqdẽ si ponat eẽ, alterũ repugnat posito, & vice versa. Vt aũt cõstat i elẽchis nullũ repugnãs posito licet possibile i se ipso, est admitẽdũ. Ad tertiũ respondeẽ negãdo cõsequentiã primã, ad probationẽ diciẽ q æternũ ex se & necessariũ ex se conuertunẽ, similiter æternũ ex alio & necessariũ ex alio, æternũ autẽ ex alio, & necessariũ ex se non cõuertuntur, quare stat q aĩa sit æterna ex alio & non ex se necessaria, & sic stat q sit ex se contingens, atq; ita nõ sequiẽ, q nõ possit ex se nõ esse, quod idẽ est quod necessariũ ex se.

LIBER TERTIVS.

¶ Qualis rõ philosophandi Platonis, & quomodo intelligenda. Cap. I.

RAtio philosophandi Platonis videtur esse topica fronte prima, sed si diligentius consideretur est apodictica, quapropter rationes eius de immortalitate animorum: nos modo non tantum inducemus, sed etiam deducemus, & ad peripateticæ etiam acribologiæ dogmata, nec enim habent aliter efficaciam, quoniã vt Aristoteles scribit in proemio theologiæ, philosophia figurata, qualis ex magna parte est Platonica, nõ facile intelligit, etiam ab ingeniosis & studiosis, & vt indicat cap.v. quædam de anima Plato voce explicuit, quæ non mandauit litteris, sicut multa de rebus aliis, vt colligitur lib.iiii. phy. tex. com. xiiii. vnde Plato ab Aristotelicis, i eius philosophia versantibus, melius etiam potest interpretari.

¶ Prima ratio immortalitatis animorum ex phædro. Cap. ii.

PRima igitur ratio immortalitatis animorum colligitur ex phædro, quæ a Themistio lib.iii. de anima cap.xxxvii. recensetur, & in proemio phy. & ab Auerroe lib.viii. phy. com. xl. refertur, atq; hæc a Platone vocatur demõstratio, & est cõmunis omnibus intellectibus, quapropter etiam præponitur, talis autem est, omnis substantia mobilis ex se est immortalis, sed omnis anima rationalis est substantia mobilis ex se, ergo omnis anima rationalis est immortalis. Plato autem hic appellat motum animæ operationẽ, vt Themistius interpretatur lib.i. de anima cap.xxv. & Auer. lib.viii. phy. com. xl. & diuus Thom. vii. phy. & Macrobius i somnio Scipionis, & Aristoteles admittit in theolo. lib.ii. cap.iiii. Plato item hic vocat moueri ex se. i. operari nõ depẽdẽter a corpore, atq; ita hæc ratio interpretata sic, est eadem cum illa quæ ab Aristotele indicatur lib. primo de anima tex. com. xiii. v3 si anima habẽt operationem propriam, continget ipsam animam separari a corpore.

¶ Deductio rationis primæ. Cap. iii.

HAec ratio prima Platonis ita deducitur, imprimis. n. ab eo sic ppositio maior probatur, omne ingenitũ est incorruptibile, omne qđ moueť ex se est ingenitum, ergo omne qđ moueť ex se est icorruptibile. Sumptum huius prosyllogismi patet, quoniam Plato vocat ingenitum ineductum ex potentia materiæ corporalis, tale aũt cõstat q est incorruptibile, nã vt eductio formæ ex potẽtia materiæ est causa corruptibilitatis, sic ineductio, est causa incorruptibilitatis, p illã regulã lib. primi posteriorũ analyticorũ, si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negatiõis. Assumptum prosyllogismi, v3 q ois aia rationalis sit ingenita, supponitur & lib. vi. probabitur, in hac. n. Plato & Aristoteles conueniunt. Rursus propositio minor syllogismi principalis, v3 q omnis aĩa rationalis moueatur ex se, sic etiam probatur: nam in motis & mouentibus nõ proceditur in infinitum, vt etiam dicitur. vii. phy. & secundo metaphysicæ lib. Quare statur ad motum ex se & moueñs, neq; substantia corporea est mouens, & mota ex se, vt etiam dicitur. vii. & viii. phy. & in theol. lib. iii. cap. i. ergo est substantia incorporea, omne moueñs & motum ex se. Et vice versa, ois substãtia incorporea est moueñs & mota ex se, & sic ois anima rationalis, quæ est substantia incorporea, vt probatum est, etiã moueť,

com.lxxix. & lib. xii. metaphysicæ com. xli. cælum cum sit finitæ virtutis ex se non est infinitæ durationis ex natura sua, neq; ex consequenti ex se incorruptibile, ita etiam sensit Auicenna q contingens ex se. i. non necessariũ natura sua potest fieri perpetuum ab alio: & quamuis inter corruptibile & incorruptibile non cadat medium vt dicitur lib. i. de cælo tex. com. cxxvi. tamen inter corruptibile ex se & incorruptibile ex se datur medium.

¶ Obiectiones tres. Cap. xi.

SEd obiicitur, primo quoniam si apud Platonem in timæo, alia a deo perpetua, dicũtur esse ex se corruptibilia, inter quæ entia, vnum est anima rationalis, ergo anima ex se potest non esse, ponatur igitur nõ esse, sed hoc cõsequẽs repugnat illi, qđ dictum est animam rationalem esse perpetuam, vt patet etiam in theol lib. ii. cap. iii. consequentia autem patet, quia omne possibile põt poni esse primo lib. priorum cap. iii. Secũdo arguitur ratione Aristotelis lib. primo de cælo tex. com. cxx. si anima rationalis est ex se possibilis nõ esse, ergo habet potentiam infinitam ad nõ esse. Et rursus, si est ppetua ex alio, ergo habet potentiam infinitam ad esse. Quare in eodem instanti potest esse & non esse, & sic aut aliquando simul erit & non erit, aut saltem potest poni simul esse & non esse, cum omne possibile possit poni. Tertio anima rationalis est æterna ab alio, ergo non potest ex se non esse, consequentia deducitur quoniam æternum & necessarium conuertuntur, necessarium autem & impossibile non esse conuertuntur. ii. peri herm. modo quæcunq; conuertuntur cum vno tertio conuertuntur ad se inuicem. i. cæli & . ii. prio.

¶ Solutio. Cap. xii.

AD hæc argumenta dicitur, q non oẽ possibile potest poni esse, sed possibile simpliciter, nam possibile vno modo vt secũdum rationem, & impossibile alio, vt secundum naturã nõ põt poni esse, vt verbi gratia formas mathematicas esse separatas, est possibile secũdum rationem, impossibile aũt ſm naturã, quare nõ põt poni separatas existeꝛ, & sicut motus cæli, ex quo habet quietem oppositam, apud auerroem lib. xii. metaphysicæ com. xli ex se potest non esse, tamen non potest poni non esse, cũ sit necessarius esse, ex parte motoris, necessario mouentis. Ad secũdum dicitur q (vt ex antedictis colligi potest) aliquid dicitur corruptibile ex se dupliciter, vno modo proprie loquẽdo, & hoc est, qđ hẽt i se potẽtiã positiuã ad corruptionẽ, & sic aĩa nõ est corruptibilis ex se, atq; ita argumẽtum procedit, qm̃ tale corruptibile ex se hẽt potentiã infinitã ad nõ esse, quare in quolibet instãti põt poni non esse. Aliud est corruptibile ex se improprie. i. non ex se incorruptibile, & aĩa est ita ex se corruptibilis. i. non ex se incorruptibilis, & tale nõ habet potẽtiã infinitã ad nõ esse, nec põt poni nõ esse in quolibet istãti. Aliter rursus diceret Plato (vt theologi ẽt nostri dicũt) q licet idẽ possit esse & nõ esse in eodẽ instãti, nõ tñ põt poni simĺ eẽ & nõ eẽ, qñqdẽ si ponat eẽ, alterũ repugnat posito, & vice versa. Vt aũt cõstat i elẽchis nullũ repugnãs posito licet possibile i se ipso, est admittẽdũ. Ad tertiũ respondeꝛ negãdo cõsequentiã primã, ad probationẽ diciꝛ q æternũ ex se & necessariũ ex se conuertunꝛ, similiter æternũ ex alio & necessariũ ex alio, æternũ autẽ ex alio, & necessariũ ex se non cõuertuntur, quare stat q aĩa sit æterna ex alio & non ex se necessaria, & sic stat q sit ex se contingens, atq; ita nõ sequiꝛ, q nõ possit ex se nõ esse, quod idẽ est quod necessariũ ex se.

LIBER TERTIVS.

Qualis rō philosophandi Platonis, & quomodo intelligenda. Cap. i.

RAtio philosophandi Platonis videtur esse topica fronte prima, sed si diligentius consideretur est apodictica, quapropter rationes eius de immortalitate animorum: nos modo non tantum inducemus, sed etiam deducemus, & ad peripateticæ etiam acribologiæ dogmata, nec enim habent aliter efficaciam, quoniã vt Aristoteles scribit in proemio theologiæ, philosophia figurata, qualis ex magna parte est Platonica, nõ facile intelligit, etiam ab ingeniosis & studiosis, & vt indicat cap.v. quædam de anima Plato voce explicuit, quæ non mandauit litteris, sicut multa de rebus aliis, vt colligitur lib.iiii.phy.tex.com.xiiii. vnde Plato ab Aristotelicis, i eius philosophia versantibus, melius etiam potest interpretari.

Prima ratio immortalitatis animorum ex phædro. Cap. ii.

PRima igitur ratio immortalitatis animorum colligitur ex phædro, quæ a Themistio lib.iii. de anima cap.xxxvii. recensetur, & in proemio phy. & ab Auerroe lib.viii.phy.com.xl. refertur, atq̃ hæc a Platone vocatur demõstratio, & est cõmunis omnibus intellectibus, quapropter etiam præponitur, talis autem est, omnis substantia mobilis ex se est immortalis, sed omnis anima rationalis est substantia mobilis ex se, ergo omnis anima rationalis est immortalis. Plato autem hic appellat motum animæ operationẽ, vt Themistius interpretatur lib.i. de anima cap.xxv. & Auer.lib.viii.phy.com.xl. & diuus Thom.vii.phy. & Macrobius i somnio Scipionis, & Aristoteles admittit in theolo.lib.ii.cap.iiii. Plato item hic vocat moueri ex se.i.operari nõ depẽdẽter a corpore, atq̃ ita hæc ratio interpretata sic, est eadem cum illa quæ ab Aristotele indicatur lib. primo de anima tex.com.xiii. vz si anima habet operationem propriam, continget ipsam animam separari a corpore.

Deductio rationis primæ. Cap. iii.

HAec ratio prima Platonis ita deducitur, imprimis.n. ab eo sic ꝓpositio maior probatur, omne ingenitũ est incorruptibile, omne qđ mouet ex se est ingenitum, ergo omne qđ mouet ex se est icorruptibile. Sumptum huius prosyllogismi patet, quoniam Plato vocat ingenitum ineductum ex potentia materiæ corporalis, tale aũt cõstat ꝙ est incorruptibile, nã vt eductio formæ ex potẽtia materiæ est causa corruptibilitatis, sic ineductio, est causa incorruptibilitatis, ꝑ illã regulã lib.primi posteriorũ analyticorũ, si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negatiõis. Assumptum prosyllogismi, vz ꝙ oĩs aĩa rationalis sit ingenita, supponitur & lib.vi. probabitur, in hac.n. Plato & Aristoteles conueniunt. Rursus propositio minor syllogismi principalis, vz ꝙ omnis aĩa rationalis moueatur ex se, sic etiam probatur: nam in motis & mouentibus nõ proceditur in infinitum, vt etiam dicitur.vii. phy. & secundo metaphysicæ lib. Quare statur ad motum ex se & mouẽs, neq̃ substantia corporea est mouens, & mota ex se, vt etiam dicitur.vii.&.viii.phy. & in theol.lib.iii.cap.i. ergo est substantia incorporea, omne mouẽs & motum ex se. Et vice versa, oĩs substãtia incorporea est mouẽs & mota ex se, & sic oĩs anima rationalis, quæ est substantia incorporea, vt probatum est, etiã mouet,

& mouet ex se, eadē nāq̃ est ratio de oībus, vt Aristoteles arguit etiā libr. ii. de cælo tex. com. lix. de stellis, & q̄ anima rationalis moueat inferiora est concessum etiam ab Aristotele in theologia mystica lib. xiiii. cap. viii. & lib. xii. cap. xxii. & lib. vii. cap. xvii. & lib. x. cap. vi.

¶ Ratio secunda ex phædone. Cap. iiii.

PRæterea ex phædone rationes quinq̃ colliguntur. Quarum prima est, omnis substantia naturaliter conuertibilis ad obiectū æternū est æterna, sed anima rationalis est substantia naturaliter conuertibilis ad obiectum æternū, ergo anima rationalis est æterna. Propositio maior probaē apud Platonem ex principio per se noto, q̄ potentia & obiectum naturale debent esse proportionata, minor autem constat per experientiam actuū intellectus amoto impedimento corporis, qui ad idæas cōuertiē, sunt. n. idæa obiecta æterna. Hæc autem ratio a Themistio refertur lib. iii. de anima cap. xxxvii. & ab aliquibus theologis etiam latinis veritate adductis olfacta est, & habet duas interpretationes secundū q̄ idæa pōt capi dupliciter: teste simplicio in p̄dicamētis, vno modo pro substātia abstracta, alio modo pro vl̄i abstracto. Quare si p cōuersioné animi ad idæas intelligaē ad substantias abstractas, hæc rō est eadē cū illa quā facit Aristoteles in theologia mystica lib iii. cap. vii. & lib. ii. cap. ii. & Auerrois lib. iii. de aīa com. xxxvi. cōtra Alexādrū, si vero per idæas capiamus vl̄a abstracta, hæc rō est eadē cum Aristotelica lib. iii. tex. com. iiii. posita, qua probatur q̄ intellectus possibilis est īmaterialis, quia recipit species vl̄es omniū rerum materialium, & repetitur in theo. lib. iii. cap. vii. & lib. xii. cap. iiii. & vi. & controuersia quam patitur, dissoluetur lib. vi.

¶ Deductio rationis secundæ. Cap. v.

HAec rō ex peripateticis principiis etiā ita deduciē, propositio. n. maior syllogismi, colligiē ex Aristotele lib. x. ethi. cap. viii. cū idicat intellectū separatum īmortalé adniti ad bonū īmortale, rursus propositio minor ita prosyllogizatur, oīs potentia naturaliter ↄuertitur ad finē vt colligiē primo lib. ethi. cap. i. finis. n. est tāq̄ signū ad sagittā, ad quē oīa collimant. i. tēdūt, vt inquit Themistius lib. i. phy. Substantia autem abstracta est finis intellectus humani, vt Auerrois testatur lib. ii. metaphysicæ com. i. Quare intellectus humanus naturaliter conuertitur ad intelligendum substantias abstractas. Præterea omnis potentia naturaliter cōuertitur ad obiectum attingibile recte, proprie, ac per se, intellectio enim recta & propria ac per se est naturalis, vniuersale autem est obiectum proprium intellectus; vt dicitur lib. i. phy. tex. com. xlix. & recte ac per se attingibile ab intellectu vt dicitur lib. de anima. iii. tex. com. x. Quapropter intellectus naturaliter conuertitur ad vniuersalia.

¶ Ratio tertia ex phædone. Cap. vi.

AMplius ratio tertia īmortalitatis animorū colligitur ex phædone talis: Omnis virtus dominās corpori est independēs a corpore, sed aīa rōnalis est virtus dominās corpori, ergo aīa rōnalis est indepēdens a corpore, hæc ratio fuit primo anaxagoræ vt colligitur lib. iii. de anima tex. com. iiii. & poniē ab Aristotele in theo. myst. lib. iii. cap. vii. & indicatur lib. xii. cap. xv. & repetitur a Plotino in sua enneade lib. iiii.

¶Deductio rationis tertiæ. Cap. vii.

HAec ratio sic etiam deducitur ex peripateticis dogmatibus. Propositio nanque maior syllogismi probatur eo quod vt colligitur ex lib.i.de anima tex. com.xiiii. omnis virtus affixa corpori seu pendens a corpore operatur secundum naturam corporis, quare conuersione per contrapositionem, quæ non operatur secundum naturam corporis, non est affixa corpori, item apud Boetium in lib. de interpretatione, omnis anima quæ est alligata corpori, nõ dominatur corpori, ergo quæ dominatur corpori, non est alligata corpori, simili ratione a destructione prædicati ad destructioné subiecti ex secundo top. Rursus ex Aristotele in proemio physiognomiæ, omnis anima affixa corpori obsequitur corpori, ergo anima quæ non obsequitur siue dominatur corpori quod est idem, non est affixa.i.dependés a corpore. Præterea vt colligitur ex Aristotele lib.i.ethi.cap.xiiii.in homine sunt duo, vnum ratio dirigens ad bonũ, & alterum appetitus repugnãs, pronus ad malum, atque ex eodem lib.x.ethic. cap.viii.&.ix.ratio dirigens ad bonum est separata a corpore, appetitus auté pronus ad malum est in corpore. Amplius propositio minor patet lib.ix.metaphysicæ tex.com.x.vbi dicitur agens rationale differre a naturali, quoniam non agit necessario sed libere, etiam amoto impedimẽto. Agens autem naturale amoto impedimento necessario agit in patiens, idem dicitur & lib.i.de interpretatione, & in theol.mysti.lib.iii.cap.v.& lib.xii.cap.xv.

¶Impugnatio rationis tertiæ. Cap. viii.

HAec ratio patitur controuersiam imprimis ex parte propositionis maioris, per instãtias, anima nanque etiam brutalis dominatur naturæ corporis, & repugnat, mouens illud sursum volando vel rependo, nec est indepẽdens a corpore. Et.n.corpus cum sit prædominio graue tendit deorsum. Rursus natura mixti superans dominatur naturæ aliorum cõmixtorum, nec tamẽ est independens a corpore. Amplius ratio patitur difficultatem ex parte propositionis minoris, nam si anima rationalis simpliciter dominaretur corpori, nunquã posset cogi per habitũ vitiorũ, sed iuxta Aristotelẽ lib.iii.ethi. ca.viii. anima rationalis cogitur ad agẽdum prauos actus, per habitũ vitii contractũ, dicit enim animam esse liberã ante habitum indutum, sed non post habitum acquisitum, inquit.n.sed post quam talis factus est non licet ei postea talis nõ esse, & dat exemplũ vt aliquis non potest retinere lapidem emissum. Itẽ si aĩa rationalis dominaretur simpliciter corpori, plures essent boni simpliciter, quã mali, quod est falsum vt patet lib.ii top cap.xix.& lib.ii.ethi.cap.v. Item si anima rationalis foret simpliciter independens a corpore, nunquã vinceretur a corpore, siquidẽ semper resisteret illi, quod est falsum vt patet lib.iii.ethi. cap.v. vbi dicitur quod aliquãdo ratio dictat vnum & homo ob prauitatem eligit oppositũ, & tertio libro de anima cap.lvii.dicit quod appetitus aliqñ superat rõnem.

¶Defensio rationis tertiæ. Cap. ix.

SEd ad hæc argumenta dicitur, ad primum, quod animæ brutali nõ repugnat suum corpus in ascensu, vt colligitur ex Auerroe lib.viii.phy. com.xxvii. Nã corpus bruti vt animatũ, per suã naturã mouetur naturaliter ab ipsa. Corpus aũt hoĩs repugnat rõni, quñ ratio dictat aliquod cõtrarium illi: corpus vero bruti non repugnat animæ bruti, quoniã illa nihil contrarium illi dictat, ad

aliam instantiam, forma mixti nõ repugnat corpori mixto, imo corpus mixtũ
inclinatur simpliciter secundum illam, licet resistat secundũ quid ratione ele/
mentorum coexistẽtium, sed corpus humanum resistit simpliciter rationi, vt
cum fortis præeligit mortem vitæ, & æger abstinet a potu in febre: & constãs
in tortura resistit appetitui corpori, vt patuit in seruis Patauinis. Præterea for/
ma mixti mouet secundum aliquod elementum dominans, atq; ita etiam de/
pendet mouendo, anima autem rationalis nullatenus mouet secundũ aliquid
corporis, vt patet cum aliquãdo omnino corpori repugnet. Ad impugnatio/
nem ex parte minoris dicitur, ꝙ anima rationalis non cogitur ab habitu vitii,
nam factus vitiosus alioquin, nunquam posset fieri bonus, qđ tamẽ est falsum,
vt patet ex Aristotele in postprædicamentis cap. de contrariis. Et secundum
Boetium ibidem, colligi potest, ꝙ illud dictum. iii. ethi. significat difficultatẽ,
non impossibilitatem ꝙ adeptus habitum perfectum maxime vitii, possit face
re opus bonum, & verbum quod est non licet ei, significat ꝙ non est facile, &
sic actus ex habitu dicuntur inuoluntarii secũdum quid, vt proiectio mercium
in mare, velut Aristoteles dicit eodem lib. cap. ii. Ad aliud dicitur ꝙ quamuis
anima rationalis aliquando vincatur ab appetitu sensitiuo, hoc tamen non au
fert dominium rationis supra appetitum sensualem, quoniam si rõ firmiter
resisteret semper, vt aliquando facit, nunquam superaretur. Præterea animus
dicitur dominari corpori semper habitu, quatenus, nunquam cogitur, sed nõ
actu, quatenus, aliquando cedit illi: qđ verius dicitur, quam ꝙ vincatur; vnde
& dici potest ꝙ animus dominatur corpori dominio non victoriæ sed resistẽ
tiæ, & ita nõ sequitur, ꝙ si dominatur animus corpori: ꝙ sint plures boni, q̃
mali, quoniam animus non semp resistit actu appetitui, licet posset semper
resistere, si ex proposito firmo vellet.

Ratio quarta. Cap. x.

RAtio quarta immortalitatis animorum colligitur in phædone ex par
te reminiscentiæ, vt refert Themistius lib. iii. de anima cap. xxxvii.
quæ habet interpretationem huiusmodi, omnis anima discens remi/
niscendo est præscia eorum quæ sciuit, & consequenter præextitit corpori,
atq; ita est ingenita ex corpore, quare est etiam incorruptibilis; anima autem
rationalis discit reminiscendo, quod probat Plato, quoniam principiis propo
sitis puero rudi, ex se assentit veris, & dissentit falsis, quod non contingeret nisi
anima præsciret ea aliquatenus, non autem anima rationalis etiam apud Pla/
tonem præscit actu, sed tantum potentia, ea quæ discit, vt in philebo testatur
vbi dicit aĩam rõnalem esse similẽ tabulæ impictæ, sicut Aristoteles quoq; scri
bit lib. iii. de aĩa tex. com. xiiii. & apertius in theo. myst. lib. xii. cap. vi. qđ intel
ligit vt ipse Aristoteles interpretat̃ ibidẽ, quatenus aĩa est sciẽs in potentia non
autẽ actu, & in theol. explicat apertius lib. iii. cap. vii. & lib. ix. cap. iiii. hãc autẽ
Platonis opinionẽ refert & sequit̃ Aristoteles lib. vii. phy. tex. com. xx. nec ego
video ꝙ alibi Aristoteles cõtradicat, vt vulgus pseudophorũ in hoc & in mul
tis aliis falso putat: vnde vt apud Auerroẽ intellectus possibilis est ĩ se ipso scius
semp, respectu autem indiuidui alicuius est ĩscius, ita apud Platonẽ: aĩa rõnalis
est plena scientiis in se ipsa, respectu autem hominis ineruditi est ignara. Neq;
absurdũ est ꝙ aĩa discat ĩ actu ea, q̃ præsciuit in potẽtia, vt dicit Aristoteles lib.
primo analyticæ secũdæ. Potẽtia aũt scientiæ aĩæ, est aut sicut hoĩs obliti, redi
scentis, aut vt sciẽtis vniuersaliter, discentis aũt particulariter, vtroq; h. mõ vi
Aristoteles intelligere, aĩam reunitam scire, in theol. mystica locis adductis.

¶Ratio quinta. Cap. xi.

RAtio quinta ex phædone colligitur huiusmodi, omnis anima viuens ex se est immortalis, anima rationalis viuit ex se, ergo anima rationalis est immortalis, propositio maior probatur, ex eo q̄ hic viuere ex se, est operari vitaliter absq; pendentia a corpore, atq; hæc ratio ita interpretata est eadem cum illa phædri. Idem enim est viuere ex se, & moueri ex se; nec enim illa phædri dimissa est in phædone, quia sit cōmunis, vt quidam Platonicus opinatur, sed est repetita, quoniam est potior, nam passionis communis qualis est immortalitas, ratio quoq; debet esse communis, vt dicitur secundo libro posteriorum analyticorum, & colligitur libr. ii. phy. tex. com. xxxviii. Amplius hæc ratio videtur esse eadem cum illa quam facit Aristoteles lib. iii. de anima tex. com. xx. vbi probat intellectum esse imortalem, quia existit actus actum enim ipse aristoteles exponit scientiam, existere autem per se esse, quare sensus est q̄ intellectus est immortalis quia per se existit in actu operandi. i. ex se operatur independenter a corpore, sic enim ille locus sane exponendus est, & hoc modo conuenit etiam intellectui possibili, hæc autem ratio repetita fuit a plotino, & ab alcinoo.

¶Ratio sexta. Cap. xii.

PRæterea colligitur ratio sexta ex phædone talis, si anima rationalis foret mortalis, vitium foret præeligendum virtuti, quod est falsum, omnium sapientum consensu. Consequētia autem deducitur, quia vitium est voluptuosum, vt pote consentaneum appetitui sensitiuo, virtus autem est appetitui eidem tristifica quoniam est dissentanea, sic enim Aristoteles lib. iii. top. cap. iii. dicit q̄ delectabile cæteris paribus est præeligendum indelectabili, ita etiam diuus Thomas scribit in expositione symboli apostolici, q̄ si anima rationalis foret mortalis, potius foret quodlibet scelus perpetrandum, q̄ moriēdum. Hæc ratio soluitur q̄ vitium semper tristificat ob synthereseos remorsum: virtus autem propter conscientiæ syncerita tem oblectat. Sed non aduertit qui sic dicit, q̄ id verum est propter immortalitatem animi, sed si animus foret mortalis, vitium oblectaret animum pariter, vt appetitum sensualem. Vitium autem modo tristificat animum, quoniam repugnat eius bono immortali, videlicet fælicitati, cum animus ex natura sua inclinetur ad bonum immortale.

¶Ratio septima. Cap. xiii.

AMplius ratio septima colligitur ex Platone in libro decimo de repub. talis, si anima est corruptibilis, aut est corruptibilis proprio malo, aut alieno, vз corporis: sed horum neutrum est, ergo anima non est corruptibilis. Propositio maior ex se patet, & colligi potest libro primo phy. textu com. lxxxiiii. vbi dicitur q̄ corruptibile quoddam per se, quoddam per accidens, seu per aliud, minor probatur, nam anima rationalis non corrumpitur proprio malo, vз vitio, & tāto minus corrūpitur malo corporis. Quod etiā probatur, quoniam malo corporis non debilitatur, quare neq; corrumpitur, hæc ratio ab Auicenna Platonicæ philosophiæ non ignaro repetitur in libro sexto naturalium, & ab Aristotele etiam indicatur in theologia mystica libro tertio cap. vii. & libro primo de anima com. lxv.

¶Ratio octaua. Cap. xiiii.

RVrsus octaua ratio colligitur ex lib.x.de rep.huiusmodi,si anima ratio nalis foret mortalis deus foret iniustus,sed deus non est iniustus, ergo anima rationalis non est mortalis,propositio maior probatur quoniam tunc bonis deesset præmium,& pœna malis in altera vita, quibus deest in præsente vt patet per experientiam, siquidem vt etiam dicitur in lib. de bona & mala fortuna boni vt plurimum sunt in hac vita infortunati,mali autem sūt fortunati,minor autem patet,consensu omnium sapientum, etiam aristotelis ibidem & in libro de mundo,propositio autem maior rursus deducitur; nam felicitas est præmium virtutis vt dicitur lib. primo ethi.cap.xiii.& est a deo expectandum,vt ibidem dicitur,neq; aristoteles in lib. de bona & mala fortuna negat deum esse distributorem simpliciter, sed bonorum fortunæ immediate,cum eorum distributio vt plurimum sit iniusta vt constat, quare cum boni non recipiant in hac vita felicitatem a deo, siquidem ea non contingit in hac vita sine bonis fortunæ,vt aristoteles scribit lib.x ethi.cap.x.& illa raro adsunt bonis & sapientibus vt refertur in libro de bona & mala fortuna,si non recipetēt in alia vita(ꝙ eueniret si aīa rōnalis esset mortalis)deus foret iniustus.

¶Impugnatio rationis octauæ. Cap. xv.

HAec ratio impugnatur respondendo,ad propositionem maiorem negata consecutione,quoniam voluptas consequens virtutem ex puritate conscientiæ est sufficiens præmiū virtutis, siquidem dicitur ꝙ operatio optima habet optimam voluptatem consequentem vt colligitur lib.ix. ac.x.ethi.cap.vtrobiq;.ix.& lib.xii.metaphysicæ com.xxxviii. Rursus tristitia dicitur esse pœna vitii,quæ consequitur etiam prauas operationes ex remorsu conscientiæ.

¶Defensio rationis octauæ. Cap. xvi.

SEd contra hæc arguitur ex aristotele lib. primo ethi. cap.xiii. magnæ aduersitates tristificant,& operationem virtutis impediunt, quæ sapiētibus sæpe contingunt vt constat per experientiam, velut historici testantur vt patuit in Socrate,& pythagora,& reliquis,nec est verum quod virtus sit expetenda tantum propter se ipsam,quamuis sit expetenda propter se ipsam, cum etiam honor vt præmium vnum assignetur virtuti lib.iiii.ethi.cap. viii.in viuentibus maxime,& gloria defunctis in economica,ac beatitudo in lib. vii.politicorum. Amplius pœna sufficiens maxime actu indita debet deterrere a vitiis ꝙ tamen non facit tristitia vitiorum:immo talis tristitia non consequit̄ semp prauos sicut patet in tyrānis se felices putantibus,vt in policrate aiūt historici, qui proiecit annulum in mare vt tristitiam aliquam experiretur: nā vt magna calamitas aufert voluptatem virtutis,sic magna prosperitas tristitiam vitii.

¶Ratio nona. Cap. xvii.

RAtio adhæc nona colligitur ex lib. etiam.x.de rep.talis omnis substātia optime composita est incorruptibilis,anima rationalis est substātia optime composita,ergo anima rationalis est incorruptibilis,propositio maior patet,quoniam compositum indissolubile est incorruptibile,

nam vt

nam vt compositum per compositionē generatur lib.i.phy.tex.c.xlvi.lxiii. sic etiam per dissolutionem partium corrumpitur. Minor autem probatur in timæo, ex eo q anima est composita cum numero apud Platonem, vt declarat Plutarchus in libro de generatione animæ secūdum Platonem. Anima autem a Platone colligitur esse composita, quia est media inter substantias naturales, & immateriales, vt dictum, omne autem medium est compositum etiā apud peripateticos. Rursus anima rationalis est specialiter composita etiā quinario hoc est medio numero quia est media, quinarius.n.est medietas numeri. Anima rationalis rursus dicitur a Platone cōcordia quia est decenter composita. Harmonia itē quoniam est cōpositio rationabilissima, sicut harmonia est compositio artificiosissima, anima autem apud Platonē est harmonia substantiarum metaphysica, nō harmonia sonorum musica. Sic autem & anima rationalis etiam apud Aristotelem est composita tum ex potentia & actu inseparabilibus, tum ex genere & differētia, item ex virtutibus, dicitur aūt simplex, quia aīa ipsa est irresolubilis, & enim partes sunt inseparabiles.

¶ Ratio decima. Cap. xviii.

PRæterea ex timæo Platonis habetur ratio decima hæc. Omnis substātia infatigabilis operando est perpetua, anima rationalis est substantia infatigabilis operando, ergo anima rationalis est perpetua. Propositio maior est per se nota, & colligi potest lib.viii.phy.tex.com.lxxviii. nā virtus quæ operatur operatione incessabili, est durationis infinitæ, operatio nāq præsupponit esse, atq ita operatio incessabilis existentiā indesinētem. Propositio minor patet per experientiam, constat.n.q animus in se est infatigabilis, & Themistius confirmat lib.iii. de anima cap.xxv. hæc ratio citatur a Themistio lib. tertio de anima cap.xxxvii. & dicitur esse ex similitudine animæ ad deum, infatigabilitate videlicet operandi, vt dicitur lib.viii. phy. de primo motore, & libro secundo de cælo.

¶ Ratio vndecima. Cap. xix.

RAtio quoq vndecima ex timæo habet̄ huiusmodi. Quælibet substātia attingēs veritatem æternam per cognitionem, est æterna, anima autem rationalis attingit per cognitionem veritatem æternam, ergo anima rationalis est æterna. Propositio maior probatur, ex eo q si operatio sit eleuata a materia, etiam virtus debet esse eleuata a materia, alioquin operatio esset melior essentia, qđ est absurdum, vt patet in theo.myst.lib.iii. cap.vii.& in lib.iii.phy.tex.com.xxxvi. si accidens est abstractum, etiam subiectum accidentis tanto magis est abstractum a materia. Rursus propositio minor probat̄ nam potentia mutabilis non potest iudicare sincere obiectum immutabile, qualis est veritas æterna, vt oculus motus non recte perspicit ripam imotam. Propositio minor constat per experientiam, & omnium sapientum cōsensu, quæ tamen alibi etiam probatur in metaphysica, hanc rationem repetunt Iamblicus & Proclus, & est eadem cum ea quæ fit ab Auerroe contra Alexandrū lib. tertio de anima com.xxxvi. & superius etiam adducta est cap.iiii. nihilominus hic ad maiorem efficaciam sub aliis verbis repetita est, sicut & a Platone.

¶ Ratio duodecima. Cap. xx.

RAtio item duodecima ex timæo summitur talis. Omnis anima colēs deum est immortalis, sed anima rationalis colit deum, ergo anima rationalis est immortalis. Propositio maior patet, quia si anima rōnalis foret mortalis non conuerteretur ad bonum diuinum immortale, φ tunc foret impossibile attingi. Propositio item minor est manifesta per experientiā, nam multi contemptis bonis corporis, prosequuntur bonum diuinum, & patet ex Themistio in proemio physicorum, etiam propositionē maiorem coartante pro veritate hoc modo, omnis anima cōuertibilis in deum per virtutes theologicas est immortalis, anima autem rationalis īquit, est conuertibilis in deum per virtutes theologicas, quare anima rationalis proculdubio est immortalis. Vnde patet quam ridicula sit instantia quæ datur ad maiorē de cultu dei ab Elephante, non.n. Elephas colit deum, sed cælum, neq; per virtutes theologicas, sed per instinctum naturæ, secundū quem agit vt natura propter finem non cognoscens finem, sicut dicitur lib.ii.phy.c.lxxv. &.xii. metaphysicæ.c. xviii. Hæc ratio a Pythagora primo facta est, & fit a Plotino & Macrobio, & videtur posse colligi ex Aristotele libro.x.ethico.cap.viii. & ponitur in theologia mystica libro tertio cap.vii.

¶Ratio decimatertia. Cap. xxi.

AMplius accip' ratio decimatertia ex epistola.ii. Platonis ad Dionisium quæ talis est. Si fama bona est extimanda a sapiētibus, animus est imortalis, sed fama bona est extimanda a sapientibus, ergo animus est imortalis. Propositio minor est nota per experiētiam, maior autem probatur, quoniam fama bona non esset extimanda, nisi animus foret superstes: ad quem aliquid pertinens faceret, qualem fore a sapientibus iudicatur, iudicium autem sapientum non est falsum lib.i.elen.cap.ix.est.n.cōis eorum animi conceptio, quæ non potest prouenire nisi a veritate nota euidenter per lumen sapientiæ ad opinionem consentaneam cogente, sicut Aristoteles dicit de aliquo per se noto lib.i.phy.tex.com.xlviii. & lib.i.metaphysicæ cap.iii.

LIBER QVARTVS.

¶Quod opinio Aristotelis circa immortalitatem animorum potest quæri & decerni. Cap. i.

PLatonis magistri opinione discussa, cōsequens est vt Aristotelis discipuli etiam opinionem consideremus, & in hac re, quidam ait, non esse quærendum quid Aristoteles in hac quæstione senserit, cū nullibi de ista re quæstionem fecerit, ac tantum obiter quædam dixerit ad hanc spectantia passionē quod vtrūq; falsum est, nā lib.xii.metaphysicæ tex.com.xvii. quæstionem huiusmodi aperte proponit examinādam posterius, v3 an aliquid animæ remaneat post mortem, ac præterea nō tātum obiter de immortalitate animi Aristoteles mentionem facit, sed & ad propositum supponit intellectum esse icorruptibilem, vt postea adductis eius dictis manifestabitur, neq; solū ex quæsitis & determinatis, sed & ex suppositis opinio autoris potest colligi. Amplius peripatetici veteres imposuerunt Aristoteli opinionem determinatam φ animus sit immortalis vt posterius fiet clarum. Rursus illa opinio merito potest adscribi autori quæ proxime sequitur ex principiis ab eo concessis: illa autem est amouenda, quæ repugnat principiis concessis ab autore, quorum alterum

est in proposito de immortalitate animi. Et enim animum esse immortalem sequitur vel repugnat tot dictis ab Aristotele de animo. Alioquin valde imperfecte fuisset locutus de animo, cuius cõtrarium testatur Themistius lib. i. de aia cap. i. Item definitio perfecta declarat passiones definiti & soluit dubitationes occurrentes, vt Aristoteles dicit lib. iiii. phy. tex. com. xxxi. Definitio autẽ aiæ etiam rationalis tradita est ab Aristotele eius confessione, adhæc analogũ primum est in scientia maxime considerandũ vt dicitur lib. vii. metaphysicæ tex. com. v. non potest autem maxime considerari nisi considereť actu vel potentia secundum passionem sui primariam, qualis est imortalitas. Præterea imortalitas animi est res magnæ vtilitatis ad philosophiam moralem vt dictum, & ad metaphysicam vt testatur Auerrois lib. iii. de anima com. v. & xxxii. nam si intellectus foret mortalis esset æquiuoce intellectus, nec per eum natura intellectualis posset cognosci in substãtiis abstractis. Amplius immortalitas animi fuit a Platone tantopere asserta vt dictum, ꝙ non potuit latere Aristotelem auditorem, sed & virũ summi studii teste Laertio, quare immortalitas animi vel erat confirmanda ab Aristotele, si videbatur vera, vel infirmãda, si videbatur falsa. Rursus immortalitas animi non erat prætermittenda ab eo philosopho qui datus est nobis, vt sit regula philosophiæ naturalis siue humanæ sapiẽtiæ. vt Auerrois testatur lib. iii. de anima com. xiiii. & qui intellectus a Platone dictus est ob excellentiã ingenii teste Laertio, qui est inuentionis autor incredibilis iuxta eundem Laertium, qui item admirãdus, singularis, diuinus ab Auerroe in proemio phy. esse prædicatur & in Algazelem. d. iii. d. xiii. Cuius intellectus fuit supremus inter humanos, potens intelligere omnia humanitus intelligibilia. Sed nec immortalitas animi erat prætermittẽda ab Aristotele vt impossibilis, cum sit possibilis scitu, vt probatur, nec vt difficilis homini, nam & difficilia problemata sunt in philosophia tentanda iuxta Aristotelem lib. ii. de cælo tex com. xxxiiii. sciendi gratia vt Auerrois interpretatur, sicut problema vtrum mundus sit æternus est difficile vt Aristoteles fatetur lib. i. top. cap. ii. & tamẽ determinatur topice, iuxta Auerrois expositionẽ lib. ii. de cælo com. i. ex sententia Alexandri. Problemata autem nobilia maxime sunt examinanda, quæ sunt magis optata sciri topice: q̃ ignobilia demonstratiue, vt ipse Aristoteles dicit libro primo de partibus animalium cap. v. immo vt addit Alexander præcepto delphico homo cogitur cõsiderare animam rationalẽ, vt se ipsum cognoscat.

¶ Numeratio opinionum Aristotelis circa immortalitatem animi. Cap. ii.

AD veritatem perfectæ discernendam oportet etiam rationes partis aduersæ hoc est falsæ adducere præcepto Aristotelis libro septimo ethicorum cap. xiiii. vbi dicit, ꝙ ita falsitati minus creditur, & vt dicitur libro tertio metaphysicæ tex. comen. primi, & libro primo de cælo comen. ci. rationes falsæ sunt prius soluendæ, ac imprimis non dimittendum ꝙ in hac quæstione de immortalitate animi tres opiniones imponuntur Aristoteli ab expositoribus, Vna vt refert Ioannes Scotus libro quarto sententiarum theologicarum, ꝙ Aristoteles semper fuerit dubius in hac re, cuius vnum signum est ꝙ primo libro de anima com. lxvi. licet dicat intellectum esse impassibilẽ tamen dubitando forsan adiũgit. Rursus signum alterum ꝙ nundũ in physica

opinio Scoti [illegible] Arist. vt [illegible] in 4. d. 43. q. 2. q. Arist. fuit dubius et problematicus, an aia sit eterna et immortalis.
Huius et opin. fuit Herueus in quol. p° q. ii. q. Arist. fuit dubius. Sed nota q. Scotus potius declinat ad [illegible] partem, [illegible] aia sit mortalis [illegible] est q. Scotus soluit rationes [illegible] auct. [illegible] et ponit ipse duas [illegible] q. aia sit mortalis [illegible]

determinauerit animum esse imortalem est ꝙ lib.xii. metaphysicæ tex.com. xvii.adhuc dubitando quæstionem proponit,& relinquit insolutam,ac tantũ posterius determinãdam,sed vt postea declarabitur hæc opinionis impositio falsa est.Quod autem aristoteles cum signo dubitationis dicit intellectum esse immortalem,ratio est,quia id certum quidem,sed nundum demonstratũ sup ponitur,item lib.xii.metaphysicæ quæstionẽ rursus proponit tãquã etiam me taphysice terminandam,sicut substantiam abstractam demonstrauit in phy/ siologia,& tamen etiam in metaphysica quæstionem repetit lib.v5.iii.vii.xi. ac.xiii.item codex græcus habet isos dictionem græcam quæ significat & per o mega auté forsitan. Secunda opinio imponitur aristoteli non tantũ hac ætate,sed etiam ab antiquis ꝙ animus sit mortalis simpliciter,licet sit immor/ talis secundum quid,ac quadam participatione immortalitatis,& ꝙ hæc sen/ tentia tum ab eo asserta sit,tum ex eius placitis deducatur, cuius opinionis ra/ tiones tum factæ ab aliis tum a nobis inuentæ omnes adducentur, & soluenẽ. Tertia opinio adscribitur aristoteli ꝙ animus sit immortalis simpliciter nõ tã/ tum secundum quid,quam nos asserimus,& autoritatibus tum ipsius aristote/ lis tum expositorum ac rationibus etiam euidenter probabimus.

Op.ª Alex.ⁱ Aphrod. s[ecundu]m Ar[istotelem] (marginal note)

opinio d[iv]ini Thomę s[ecundu]m Arist. (marginal note)

Obiectio prima ꝙ animus sit mortalis apud aristotelem. Cap. iii.

PRima ratio ꝙ animus sit mortalis apud aristotelem est ex autoritate ale/ xandri aphrodisæi,boni expositoris aristotelis,nãq; vt refert auerrois lib. iii.de anima com.xix.suo tempore nõ erat aliquis philosophus perfectus, qui non erat alexandræus professione,item ex autoritate Gregorii Niceni, vt diuus Thomas recitat in opus.contra vnitatem intellectus.Item ex autoritate alpharabii,& auempacis atq; albubacheris philosophorum arabum hanc opi/ nionem aristoteli imponentium vt testatur auerro.lib.iii.de anima com.xix.

Solutio. Cap. iiii.

AD hanc obiectionem respondemus,ꝙ opinio mortalitatis animi apud aristotelem,fuit ab alexandro primo ficta vt refert auerrois lib.iii.de ani ma com.xix.cuius signum est,ꝙ nullus interpres aristotelis ante alexan drum hoc sensit,ab alexandro autem hæc opinio ficta est,tum propter quædã aristotelis dicta ab eo male intellecta,vt postea declarabitur, tum propter diffi cultates quasdam occurrentes vitandas v5 vnitatem intellectus, & infinitatẽ animorum superstitum,quas ambas difficultates nos dissoluemus, ꝙ autẽ ale/ xander in hac interpretatione,aperte aristoteli repugnet,patet ex eo ꝙ asserit etiam apud aristotelem,animum esse organicũ,vt constat in eius paraphrasi, vbi ponit cor esse organum animæ rationalis,ꝙ tamen constat esse aristoteli contrarium lib.iii.de anima tex.com.vi.& lib.ii.tex.com.xi.Rursum figmen tum alexandri etiam ex eo constat,ꝙ asserit animum esse genitum ab agente naturali ex potentia materiæ seminalis,apud aristotelem vt refert auerrois lib. tertio de anima com. v.ꝙ tamen palam aduersatur aristoteli libro secundo de generatione animalium cap.iii. & lib. primo de partibus animalium cap.i. nec mirum est ꝙ homo sapiens aliquando erret,tum propter rationem libro primo assignatam atram bilem v5 superuexantem,tum propterea ꝙ ait Plato istud aliquoties contingit,ꝙ vir doctissimus alioquin, minus percipiat aliquã veritatem,q̃ alius minus doctus,ꝙ euenire auicenna etiam in metaphysica cõ/ firmat,alpharabius,auempaces,& albubacher,sed & Gregorius Nicenus om/

nes secuti alexandrum decepti sunt, quare cuncti etiam tanquã opinionis contrariæ ac erroneæ sunt abnegandi. Præterea dicitur ꝙ alexander non asseruit animam.i.intellectum possibilem esse mortalem vt philoponus refert in libro secundo de gen. Sed hoc de intellectu patibili sensit vt Themistius etiam dilucidat ita discernendo.

¶Obiectio secunda. ex arist. 3º de aia t. c. 20 Cap. v.

AMplius intellectus patibilis est idem qui & possibilis, sed intellectus patibilis est corruptibilis, ergo & intellectus possibilis est corruptibilis, consequentia patet quoniam impossibile est vnam & eandem substãtiam esse corruptibilem & incorruptibilem, cum hæc sint contraria immediata vt dicitur libro primo cæli tex.com.cxxvi. antecedẽs autem quo ad propositionem maiorem vz ꝙ intellectus patibilis sit corruptibilis patet ex aristotele libr. tertio de anima tex.com.xx. quo autem ad minorem quod.s. intellectus possibilis sit intellectus patibilis, ex eo ꝙ nullibi in libris apparet aristotelicis ꝙ intellectus possibilis distinguatur a patibili, sicut inuenitur distingui ab agente lib. primo de anima tex.com.vii. qui tamen debuit distingui quoniam vt pcipit in topicis & elenchis, ac libro primo de cælo, & auerrois refert libro primo de anima com.xx. non est vtendum terminis æquiuocis non distinctis in doctrina, ne relinquatur ambiguitas in discentibus. Præterea eadem est ratio nominis intellectus patibilis & possibilis, ratio autem quam significat nomen est definitio vt dicitur libro quarto metaphysicæ tex.com.x. Et enim vocatur intellectus patibilis idest receptiuus: secũdum ꝙ lib iii. de anima tex.com.iii. interpretatur intellectum pati, quia recipit, vocatur item & possibilis quoniam est potentialis, vt ibidem colligitur & Themistius exponit. Potentialis autem idẽ est qui & receptiuus, amplius nunquã intellectu patibili prænominato: & itellectu possibili sæpius prænominato & exposito, aristoteles scribit aperte libr. tertio de anima tex. com. xx. ꝙ intellectus patibilis est corruptibilis, ergo per intellectum patibilem accipit intellectum possibilem.

¶Solutio. Cap. vi.

AD hanc obiectionem respondetur tripliciter, vno modo ac primo cõcedendo ꝙ intellectus possibilis sit idem qui & passibilis siue patibilis vt rationes probant, & tũc concessa propositione minore syllogismi, maior distinguit̃ & dr̃ ꝙ dupliciter dr̃ aliq̃ substãtia corrũpit̃, vno mõ simpliciter & in existẽtia, alio mõ ẜm qd & in opatione, vt ex aristotele colligit̃ libr.i. phy.tex.com.lxxxii. ꝙ mã est corruptibilis p accñs, & dr̃ ꝙ intellectus patibilis est corruptibilis ẜm qd, corrupta vz opatiõe nõ oĩ tñ, sed ea q̃ versat̃ circa sensibilia maxime singularia, vt postea latius explicabit̃, sic.n. intellectus dr̃ corrũpi ab aristotele lib.i.de aĩa tex.com.lxvi quodã interius corrupto, vz organo nõ ꝓprio sed alieno.s. aĩæ sensitiuæ phãtasmata ministrãte, ꝙ cõtinẽs appellat̃ ab aristotele, qm̃ intellectus est in eo vt opans in cooperãte, appellat̃ itẽ cõe, qm̃ vtriq; seruit itellectui.s. patibili & aĩæ sensuali. Secũdo rñdet̃ ꝯcessa ꝓpõne maiore, negãdo minorẽ iuxta Themistii expõnẽ, & dicẽdo ꝙ itellectus patibilis dr̃et a possibili, & ꝙ dr̃ia assignata est ab aristo. dũ attribuit ꝯtraria itellectui i lib. qdẽ.i. tex.c.lxvi. ꝙ itellectus cõis est corruptibilis, & organicus ac mixtus, in lib. aũt.iii. ꝙ itellectus possibilis ẽ imixtus tex.c.iiii. iorganicus tex.c.vi. ipassibilis tex.c.vii. Tertio ẽt dici posset distinguẽdo ꝓpõnẽ maiorẽ: ac dicẽdo qd

intellectus patibilis siue passiuus potest capi pro intellectu possibili vnito sensui ex quibus constituitur anima humana secundum Philoponum quæ dicitur intellectus passiuus cõparata intellectui agenti, talis autem corrumpit̃ p dissolutionem, partibus separatis vt syllaba disiunctis litteris. vii. metaphysicæ ac etiã corrupta anima sensitiua, nihilominus supest intellectus possibilis incorruptus, retinens etiam operationem propriam vt postea explicabitur.

¶ Obiectio tertia. ex Arist. 3° de aia t.c. 20. Cap. vii.

PRæterea lib. iii. de anima tex. com. xx. solus intellectus agens dicitur esse immortalis, ergo sequitur q͏ apud Aristotelem intellectus possibilis quẽ esse aliud ab agente probatus est, non sit imortalis, antecedens autẽ probatur, quoniam solus intellectus vere separatus & in actu dicitur esse imortalis, talis autem est solus intellectus agens vt prædixit pauloante tex. com. xix. Amplius lib. ii. de anima tex. com. xxi. solus intellectus agens dicitur separari, sicut perpetuum a corruptibili, & q͏ inibi Aristoteles loquatur de intellectu agente testatur ipse Themistius lib. iii. de anima cap. xxxi. & probatur, quoniã Aristoteles ibi loquitur de illo intellectu de quo dubium est an sit, talis autem est intellectus agens, qui ob id etiam probatur esse lib. iii. de anima tex. com. xviii. itẽ Aristoteles ibi loquit̃ de intellectu speculatiuo vt constat ex littera, intellectus autem speculatiuus est intellectus agẽs, vt indicat inferius tex. com. xxxii. nam cum posuerit logismum. i. intellectum ratiocinatiuũ. i. discursiuũ, qui est intellectus possibilis vt Themistius exponit lib. iii. de anima cap. xxv. subiũgit de intellectu speculatiuo est altera ratio, intellectus autem agẽs dicitur speculatiuus qm̃ sine discursu quasi speculãdo. i. intuẽdo simul oĩa cognoscit vt colligit̃ ex Themistio lib. iii. de aĩa cap. xxvi. item sic vocat̃ cõparatu ad intellectũ possibilem qui est etiam practicus, vt idem Themistius in proemio physicorũ dicit.

¶ Solutio. Cap. viii.

HOc argumentũ dissoluit̃ pluribus modis. Vno secundũ Themistiũ lib. i. de aĩa cap. xxv. q͏ solum exclusio nõ excludit intellectũ possibilẽ, qm̃ is est vnus cũ intellectu agẽte vt potẽtia cũ actu. Et. n. subdit q͏ intellectus agens assistens possibili, vt forma materiæ, euadit vnus cum eo, ac in theologia mystica idẽ dicit̃ lib. x. cap. ix. Rursus aliter respondet̃ etiã iuxta Themistiũ lib. iii. de aĩa cap. xxxiiii. & xxxvi. q͏ solũ non excludit intellectum possibilẽ ab omni imortalitate sed a præcipua, quare sententia est q͏ solus intellectus agens est præcipue imortalis. Intellectus autẽ agens dicit̃ esse præcipue imortalis cõparatu ad possibilẽ, qui est imortalis per eũ, vt refert̃ etiã in theologia mystica lib. x. cap. ix. tum quia intellectus agens est incorruptibilis quo ad operationẽ, intellectus autẽ possibilis vt p̃dictũ fuit, est corruptibilis quo ad aliq̃ operationem, siquidẽ versat̃ etiã circa sensibilia singularia, q̃ non intelligit sine adminiculo sensus, atq͏ ita etiam soluunt̃ obiectiones ex lib. ii. de anima adductæ. Tertio dici põt q͏ Aristoteles lib. iii. de anima tex. com. xx. non solum intellectum agentẽ, sed vtrunq͏ asserit esse imortalẽ, sicut eo loco diuus Thomas scribit, & signum huius est q͏ nõ alterũ intellectum nominat, sed hoc relatiuum neutro genere scribit, complectẽs vtrũq͏, vt sit sensus iuxta expositionẽ diui Thomæ, solus intellectus vere separatus est imortalis, talis autem est tum itellectus agẽs, tum possibilis, & e. n. intellectus possibilis est vere separatus & in actu, quamuis minus, quam intellectus agens, q͏ autem intellectus possibilis sit separatus vere

patet ex eo ꝙ dictus est, esse impassibilis, inorganicus, ac immixtus, ꝙ item sit in actu, patet ex eo ꝙ etiam semper intelligit se & reliquas substãtias abstractas, vt alibi declarandum est, ac præterea est in actu operandi ex se.i.independenter a corpore simpliciter, vt lib.iii.cap.ii.exposuimus. Quare summa sentẽtiæ Aristotelis inibi est, ꝙ solus intellectus vere in actu est separatus.i.intellectus oĩs separatus est in actu ex se, & ꝙ solus intellectus separatus est immortalis.i.omnis intellectus immortalis est separatus.i.independens a corpore.

¶Obiectio quarta. Cap. viii.

Bonus Argum.

AMplius fit obiectio quarta & fuit ratio Alexandri vt patet in eius Paraphrasi, & Auerrois refert lib.ii.de anima.c.ii.item hæc fuit ratio Gregorii niceni ad imponendum mortalitatem animi Aristoteli vt refert diuus Thomas in opusc.contra vnitatem intellectus. Obiectio itaq; est talis, nullus actus corporis est separabilis a corpore, anima rationalis est actus corporis, ergo anima rationalis non est separabilis a corpore, & consequenter est mortalis corrupto corpore. Dicitur autem separari in proposito, existere seorsum a corpore, vt colligitur ex Themistio lib.i.de anima cap.viii. Respondetur ad minorem negando ꝙ aĩa rationalis sit actus corporis, sed ꝓpositio minor probatur ex Aristotele lib.ii.de gen.animal.cap.iii. vbi ait ꝙ omnis aĩa est actus corporis. Respondetur iterum ꝙ omnis anima, sed non omnis virtus animæ est actus corporis ex lib.i.de anima tex.com.xcii. Sed hoc negatum probatur etiam ex eodem lib.i.de gen.animal.cap.iii.vbi dicitur ꝙ omnis animæ siue virtus siue potentia est actus corporis. Amplius propositio syllogismi minor, patet ex libr.ii.de anima co.ii.vbi dicitur manifestum esse ꝙ omnis anima est inseparabilis, quia est actus corporis. Rursus definitio animæ assignata ab Aristotele, quæ est aĩa est actus corporis physici organici viuentis, est cõis oĩbus animabus inquit ipse Aristoteles lib.ii.de anima tex.com.vii.atq; est vniuoca ait diuus Thomas, quare conuenit æqualiter omnibus animabus.

¶Solutio. Cap. ix.

HAec obiectio facile soluitur iuxta Themistium lib.ii.de anima cap.vii. & Auerroem ibidem, immo etiam secũdum Aristotelẽ ipsum in theologia mystica lib.iii.cap.vi.dicẽdo ꝙ actus corporis est duplex, quidã constitutus a materia & talis est inseparabilis a corpore, quidam constituens sed non constitutus, & talis est separabilis, anima itaq; rationalis est actus secũdo modo non primo, & sic propositio maior syllogismi est falsa. ꝙ autem nõ omnis actus corporis sit inseparabilis colligitur ex ipso etiam Aristotele lib.ii. de anima tex.com.ii.vbi dicit ꝙ adhuc imanifestum est an anima sit actus corporis vt nauta nauis.i.actus separabilis, tãquam ex definitione animæ, vȝ ex eo ꝙ anima sit actus corporis, non sequatur ꝙ sit separabilis, neq; ꝙ sit inseparabilis a corpore, quapropter actus est cõis vtriq;, vt Themistius etiam ibidẽ explicat. Quo mõ aũt aĩa rõnalis sit actus corporis apud Aristotelẽ lib.v. cap.iiii. explicabiť. Ad probationẽ igiť propositionis maioris negatæ adductã respõdetur, ꝙ nõ ex definitione animæ assignata, sed ex eo ꝙ aliquæ partes animæ idest potentiæ, vt ipse Aristoteles subdit & prius dixerat text. com.ix. de visu sunt inseparabiles, manifestum est aliquam animam vt sensuariam, esse inseparabilem, tales namq; potentiæ, sunt actus partium organicarum corporis vt visus oculi, nã & aĩam nõ simpliciter esse inseparabilẽ dixit, sed secundũ partes

Duplex actus corporis

aliquas, v3 illas q̃ sunt actus partiũ corporis. Sed contra adhuc aliquis obiiciet, ꝙ Aristoteles subdit partes animæ separabiles, eẽ actus nullius corporis, quare anima rationalis aut nõ est actus corporis humani, aut est inseparabilis. Respõdetur ꝙ Aristoteles ibidem sentit intellectum siue animam rationalẽ esse actũ nullius corporis. i. nullius partis organicæ corporis, est tamen actus totius corporis vt formati. Præterea dicitur ex sententia diui Thomæ in quæstionibus quolibetaneis, ꝙ anima qua anima, cum vt sic referatur quodã modo ad corpus, vt forma ad formatum, est inseparata a corpore, v3 anima actu. i. animãs corpus, & c. n. quãquã inseparabilis scribatur in translatione cõmuni, tamẽ secũdum litteram græcã, inseparata trãsferri potest, sine aliq̃ vocabuli græci abusione. Ad aliud dicitur ꝙ definitio animæ assignata ab Aristotele est cõmunis quidem, sed nõ æqualis, est. n. analoga, vt Themistius ait lib. iii. de anima cap. xii. & Auerrois ibidem com. v. vnde etiam vocatur figuralis & descriptio ab Aristotele tex. c. ii. & cõis ex conditione tãquã parum cõis tex. c. vii. iuxta illud qđ dictũ fuit libr. i. de anima tex. com. iiii. ꝙ est difficillimum omnino ac penitus, accipere aliquam certitudinem quid sit anima. Quamuis autem hæc definitio dicatur vniuoca a diuo Thoma, late vniuocatio sumitur, quomodo ẽt ens innuitur posse dici vniuocum lib. ii. metaphysicæ tex. c. iiii.

Obiectio quinta. *ex Arist. p° de aīa t. c. 12. et 13.* Cap. x.

PRæterea obiectio quinta fit huiusmodi, si aĩa rationalis non habet opus proprium. i. seorsum a corpore, anima rationalis nõ est separabilis. i. nõ potest esse sine corpore, sed anima rationalis non habet opus proprium ergo anima rationalis non est separabilis a corpore. Propositio maior est Aristotelis lib. i. de anima tex. com. xiii. & probatur a Themistio ibi cap. viii. sic, quoniam nulla substantia debet remanere otiosa in natura: & hoc ait est proloquiũ indubitabile. Quare anima rõnalis si non potest operari extra corpus, non etiam potest existere extra illud, alioquin foret otiosa, cum operatio sit finis operantis: vt dicitur in libro de sensu & sensibili, & lib. i. de cælo. c. xxxii. & lib. ii. de cælo tex. com. xvii. ac lib. ix. metaphysicæ tex. com. xv. & lib. xii. tex. com. xlviii. otiosum autem est qđ caret fine lib. ii. phy. tex. co. lxii. Rursus dicit Auerrois lib. ix. metaphysicæ com. vii. ꝙ si substantia non habet operationem propriam, nõ etiam habet essentiam. Propositio item syllogismi minor probatur quoniam anima rationalis nihil intelligit sine intellectu passiuo, qui est corruptibilis, qđ vtrũq; dicitur lib. iii. de anima tex. com. xx. & lib. i. de aĩa tex. lxvi. item lib. iii. de anima tex. com. xxx. anima nunquã intelligit sine phantasmate, & tex. com. xxxix. dicitur, necesse est intelligentem speculari phantasmata, phantasma autem non est sine phantasia, vt dicitur lib. ii. de anima tex. com. clv. phantasia rursus non est sine sensu, vt ibidem dicitur tex. com. clxi. Sensus autem non est sine corpore, vt dicitur libr. ii. de anima tex. com. xxii. Amplius lib. iii. de anima tex. com. xxxii. intelligens intelligit species in phantasmatibus, rursus in libr. de memoria dicitur ꝙ non est intelligere sine phantasmate: quãuis phantasma non intelligat, nec est intelligere sine continuo & tempore, vt ibidem etiam dicitur. Præterea libr. i. posteriorum analyticorum deficiente sensu, deficit scientia illius, & lib. ii. phy. tex. com. vi. cæcus natus nõ potest habere scientiam de coloribus, atq; ita cum anima rationalis vtatur phãtasmate ad intelligendum, qđ nõ potest separari, sequitur, ꝙ nõ etiam ipsa aĩa rationalis possit separari. Respondetur ad hoc dictum, ꝙ anima rationalis vtiẽ phantasmate ad acquisitionem specierum intelligibilium, quas deinde seruat

absq;

absq; phantasmate. Sed contra hanc responsionem arguitur, quoniam si ita foret ꝙ anima rõnalis seruaret species acquisitas, ergo posset reminisci post mortem, ꝙ tamen Aristoteles negat lib.i.de anima tex.com.lxvi.& lib.iii.tex.co.xx. Rursus saltem multæ animæ rationales, vt quæ nundum potuerunt vti phãtasmatibus, corporibus imature mortuis, remanerẽt otiosæ, & sic multa entia optima, forent sine operatione optima.

¶ Solutio. Cap. xi.

HOc argumentum soluitur concessa quidem propositione maiore, sed minore negatã, & dicẽdo ꝙ anima rationalis habet aliquod opus proprium, ad probationem autem propositionis minoris adductam dicit, ꝙ duplex est obiectum intellectus, quoddam sensibile, quoddam autem insensibile, quare in summa dicitur ꝙ cum Aristoteles dicit animam rationalem nõ intelligere sine phantasmate, sensibilia Aristoteles subintellexit, atq; hæc est aperta expositio Auerrois lib.iii.de anima com.xxx. & Themistii cap.xxxv. & hæc fuit respõsio Aristotelis in theologia mystica lib.xii. cap.iii.&.iiii. anima rationalis igitur separata apud Aristotelem adhuc intelligit, substantias abstractas, intellectione quæ est operatio propria, sic autem & apud Platonẽ in theeteto anima rationalis intelligit quædam per corpus, quædam autem non per corpus, & in ciuili inquit: anima rationalis intelligit incorporea nõ p corpus. Quod autem Aristoteles senserit animam rationalem intelligere sola sensibilia per phantasmata, patet ex eo sic limitante hanc propositionem in libro de sensu, item ex eo ꝙ de anima dianoitica.i.cogitaria quæ est rationalis sed particularis loquitur lib.iii.de anima tex.com.xxx.vt illum locum Themistius exponit cap.xlvii. Rursus Aristoteles in lib.de memoria loquitur etiam de intelligere cogitario, cuius signum est ꝙ dicit tale intelligere esse in tempore, cum tamen intelligere intellectus possibilis fiat momento vt ipse dicit lib.iii. de aĩa tex.com.xxiiii. ꝙ item sint duo modi intelligendi, vnus per phantasma, alter autem non per phantasma colligitur ex Aristotele lib.iii.de anima tex. com.xxxiii. loquente sub disiunctione quod anima deliberat tanquã videns in phantasmatibus vel intellectibus. Item hoc colligitur lib.i.de anima tex.com.xii.eo ꝙ non assumpsit simpliciter animam intelligere phantasiando, vel non sine phantasiari. Amplius patet hoc ex Themistio in proemio physicorum, vbi ponit intellectum possibilẽ habere duas intellectiones, vnam sine phantasmate p intellectum agentem, alteram autem cum phantasmate per intellectũ passiuũ. Præterea Aristoteles lib.iii.de anima tex.com.xxxvi.mouet quæstionem vtrũ anima inseparata intelligat obiecta separata, & relinquit insolutam, quare Aristoteles tantum potest loqui de intellectione sensibilium in opere de anima. Rursus intellectio insensibilium non est operatio animæ consideranda a physica vt Themistius dicit in proemio phy.& fuit Aristotelis sentẽtia lib.i.de partibus animalium cap.i.sed talis intellectio pertinet ad metaphysicum secundũ Themistium, scientia autem de anima est pars physicæ vt Aristoteles dicit in fine de progressu animal.& de motu cõi animal.& scientia de anima est physice tradita, vt ipse Aristoteles præfatur lib.i.de anima cap.xv.& ita Synesius in lib.de somniis confirmat dicens ꝙ homo sæpe sed non semper intelligit per phantasma. Sed huic obiicitur ꝙ dictum est animam rationalẽ intelligere quædam per phantasmata, quædam autem non per phãtasmata, & si hoc esset, tũc anima rationalis haberet duos modos intelligẽdi, atq; ita vna natura duos modos operandi, ꝙ videtur absurdum. Ad hãc autem obiectionem dicitur ꝙ nõ

est absurdum immo est conueniens q anima rationalis quæ est a natura media vt iam dictum, habeat plures modos operandi. Et.n. vt Aristoteles dicit lib.ii. de cælo tex.com.lxiiii. aliqua substãtia indiget pluribus operationibus vt asse/quatur finem, quæ non potest vna operatione assequi, talis autem est anima rationalis. & si dicatur, ergo insunt duo modi operandi vni substantiæ, natu/rales ambo, quod videtur contrariari sententiæ dictæ lib.i. de cælo tex. com. ix. respondetur q vnus modus intelligendi est naturalis v3 intelligere non per phantasma, si quidem ex se inest & in vtroq statu, alter autem v3 intelligere p phãtasma est præternaturalis modus, quoniam inest per vnionem ad corpus quæ est præternaturalis vt colligitur ex Aristotele lib.i. de anima tex. co. xlix. vbi dicitur q ex cõmuni sapientum sententia melius est animæ nõ esse in cor/pore, & in theologia mystica lib.xii. cap.vi. & a Plutarcho in libro ad apollo/nium consolatorio de obitu filii asseritur ex sententia Aristotelis, sic.n. etiam igni insunt duo motus ascensus naturalis, Circulatio autem præternaturalis, & spheris secũdis motus diurnus dicitur esse præternaturalis ab astronomis, mo/tus autem proprius naturalis. Ad aliud dicitur q anima separata intelligit qdẽ, sed non reminiscitur vt Aristoteles ait in lib.ix. theologia mysticæ & Plotinus enneade quarta.

¶Obiectio sexta. Cap. xii.

RVrsus ex lib.ii. de anima tex.com.xxvi. colligit obiectio sexta talis nul la anima est sine corpore, & omnis anima est cum corpore, ergo ani ma rationalis non potest separari a corpore, quin corrumpatur, & cõ firmatur ex Aristotele etiam lib.ii. de gen.animal.cap.iii. dicente q omnis ani mæ siue virtus siue potentia videtur participare aliquod corpus, quare cũ om ne corpus formabile ab anima rationali sit corruptibile, quãdoquidem est mi xtum, sequitur q eo corrupto anima etiam rationalis forma corrumpatur, nec enim datur transmigratio animarum ex vno corpore in aliud apud Aristote/lem vt patet libr.i. de anima tex.com.xli. vbi damnat Pythagoram & Demo/critum hoc asseuerantes.

¶Solutio. Cap. xiii.

REsponderi potest ad hanc obiectionem iuxta diuum Thomam i quæ stionibus quolibetaneis libr.x.cap.vi. quod anima in se ipsa, cum sit substantia nõ refertur ad corpus. Sed anima vt anima refertur ad cor/pus, sicut materia in se ipsa est res absoluta vt Boetius ac Themistius lib.i.phy. dicunt & Auerrois in lib. de substantia orbis ac Simplicius in prædicamentis, materia autem qua materia refertur ad formam idem autores dicunt. Quare anima vt anima est apta esse i corpore & cum corpore, ac refertur ad corpus relatione aptitudinali, nõ actuali, & hoc patet i theologia mystica lib.xii. cap. vi. vbi dicitur q anima rationalis est aduena corpori. Quidam tamen aiũt q semp aia est in corpore & cũ corpore v3 in vehiculo & cũ vehiculo, & dicunt q vehiculũ animæ rõnalis est incorruptibile, & hæc fuit doctissimi Cardinalis Bessarionis opinio, sed hoc falsum est q apud Aristotelẽ aia rationalis habeat vehiculũ coæternũ sicut apud Platonẽ, atq iprimis qdẽ q aia ẽt ois hẽat vehi/culum apud Aristotelẽ hoc cõstat lib.ii. de gen.aial.cap.iii. & Themistius cõ/firmat lib.i. de aia cap.xx. & tale vehiculum est calor naturalis, vt ibidẽ dicit, qui non est accidens sed substantia, & subiectũ aiæ vt dicit Auerrois in libr. de

sensu, ac vt animæ differunt sic etiã illarum vehicula inquit Aristoteles. Quod autem omne vehiculum sit corruptibile testatur aperte Themistius libr. iii. de anima cap. xxxviii. & patet rationabiliter, tum quia cũ eo inseparato nõ posset anima rationalis transire in orbem supernum supra cælos, quin fieret penetratio corporum, q̈ est absurdum apud Aristotelẽ, tum quia tale corpus non est celeste quare est corruptibile, omne enim aliud corpus a cælesti est corruptibile iuxta Aristotelem lib. i. de cælo, quædam autem p̄dicata attributa vehiculo animæ rationalis, fecerunt opinari q̈ sit incorruptibile, quandoquidem tale vehiculum dicitur ab Aristotele diuinum, & analogum cælo ac separatũ, sed hoc non sequitur, quoniam vehiculum ita dicitur metaphorice diuinum per quãdam participationem, quatenus formatur ab intellectu qui est diuinus qua ratione etiam dicitur simile corpori cælesti, nam vt illud subiicitur animabus cælestibus, sic istud animæ rationali. Rursus dicit̃ separatum, quia est corpus syncerius ac purius quãquam diuisio illa apud Aristotelem q̈ ens corporis quoddam est separatum, quoddam inseparatum, sit animæ non corporis, secũdum interpretationem Michaelis ephesii. Præterea q̈ vehiculum animæ rationalis, sit corruptibile etiam apud Aristotelem, patet ex eo q̈ apud eum fit ex parte seminis subtiliore in lib. ii. de gene. animali. cap. iii. Nec enim resolui partem illam seminis separatam dicit Aristoteles, vt trãsfert male Theodorus Gaza, sed ait semen resolui. i. diuidi in partes duas, & vnam in spiritũ conuerti seu spirituari, neq; autem dicit euanescere vt Gaza addidit in hoc sicut in plerisq; aliis locis idem faciens.

¶ Obiectio septima. ex Arist 3° lib. ethic. cap. 5. Cap. xiiii.

PRæterea obiectio quædam septima colligitur ex pluribus dictis Aristotelis in lib. ethicorum in quibus videtur putasse animum esse mortalem, vnum est lib. iii. cap. v. vbi dicitur q̈ volũtas est impossibilium, & in exẽplum subditur vt immortalitas, q̈ si dicatur immortalitatem animi esse possibilem, imortalitatem autem hominis ĩpossibilem, cõtra arguit̃, q̈ lib. ix. ethi. cap. x. & lib. x. cap. viii. homo est ipse intellectus, vt etiam Themistius declarat lib. iii. de anima cap. xxvii. xxix. Amplius libr. iii. ethi. cap. ix. scribit̃ q̈ mors est vltimum terribilium omnium, nec post eam videtur aliquod bonum vel malum superesse mortalibus. Rursus in eodem lib. cap. ii. dicitur q̈ fortis exponẽs se morti priuatur sciẽter, maximis bonis, quibus est dignus. Ad hæc, si animus foret immortalis, mors non foret vltimum terribiliũ, sed esset optãda vt Themistius ait in proemio phy. Rursus si animus foret immortalis, eius immortalitas foret proponenda forti, & alia felicitas maior promittenda, tãquam per actum fortitudinis acquirenda, non tantum gloria, vt proponitur ab Aristotele, consequentia autem patet ex Themistio in prohemio phy. dicente, q̈ physica est vtilis ethicæ probando immortalitatem animi, a qua sumitur fortitudo contra metum mortis, atq; ex Seneca & Macrobio, qui sic ad fortitudinẽ cohortantur per immortalitatem ac beatitudinem sperãdam. Amplius lib. x. ethi. cap. viii. dicitur aduersus opinionem, q̈ homines mortales debent curare tantum mortalia, q̈ quantum fieri potest est adnitẽdum ad immortalitatem, tanquam animus non sit immortalis simpliciter, sed tantum secundum quid, item Aristoteles ait lib. primo ethic. cap. xiii. mortuum non esse felicem, quia felicitas subdit apud nos est operatio qua caret mortuus. Præterea lib. x. ethic. cap. ix. videtur dubitare, quid dirigat hominem ad optimum, an aliquid diuinum assistens; an aliquid inexistens. Si autem intellectus foret imortalis, nulla

tenus foret dubium, quin foret diuinus & immortalis dirigeret ad bona imortalia. Rursus in economica dicit, ꝙ homines sola propagatione consequntur sempiternitatem. Præterea lib. primo ethi. cap. xiiii. proponit solam felicitatē hominis viuentis, nulla mentione facta, futuræ post mortem, quā tamen si putabat esse debebat etiam promittere tāquā præmium expectandum vitæ bene moratæ, vt facit Plato, & maxime quoniam immortalitas animi proposita adiuuat ad actum fortitudinis exercendum v3 mortis periculum subeundum teste Themistio vt dictum.

¶ Solutio. Cap. xv.

Sed hæc argumenta facile soluuntur, intētione Aristotelis in toto illo opere imprimis cognita, secundum Eustratium & Michaelem ephesium, Duplex. n. est homo apud Aristotelē lib. vii. ethi. cap. x. & libr. x. cap. viii. ac in theologia mystica lib. xiiii. cap. iiii. sicut apud Platonē in Alcibiade, quidam est homo simplex & intelligibilis, qui est intellectus, quidam compositus & sensibilis, qui cōstat ex corpore, & intellectu. Primus est homo verus ac metaphysicus. Secundus est homo moralis qui est virtutibus instruendus vt subiectum ethicæ, sicut vt sanandus subiicitur medicinæ vt dirigendus in actibus rationis logicæ. Sciētia igitur ethica est perfectio intellectus possibilis, virtus autem est perfectio patibilis, in quo sunt affectus, vt Themistius ait libr. iii. de aia cap. xxxviii. & in proemio phy. Vnde etiam virtutes morales dicuntur antropicæ. i. humanæ, quia sunt hominis compositi qui est manifestus, quāuis sint secundum hominem separatum, vt dicitur lib. x. ethi. cap. viii. Sic igitur Aristoteles lib. iii. ethi. cap. v. dicit immortalitatem hominis cōpositi, de quo est sermo, esse impossibilem, vbi etiam hominibus compositis, quos mortales vocatur, dicit nullū superesse post mortem bonum affectandum vel malum vitandum, vt illic Eustratius exponit cum mortalitate autem hominis stat imortalitas animi, atꝙ ita mors est vltimum terribilium homini cōposito, perꝙ illā homo compositus priuatur suis bonis, v3 corporis ac fortunæ. Ad aliud dicitē ꝙ fortitudo est duplex quædam politica de qua loquitur, quædam autem philosophica, immortalitas itaꝗ animi promouet ad fortitudinē philosophicā, sed gloriā ad politicam, atꝙ idcirco Aristoteles tacuit immortalitatē animi, vbi agit de fortitudine politica non tanquā minime putauerit eam: sed quia non erat proposito conueniens, neꝙ euidens apud viros fortitudinem exercētes, & si apud sapientes, expressit autem gloriam quoniam est finis politicæ fortitudinis, mouens efficaciter, ob euidentiam, & est honestus hominum cōsensu. Amplius. x. lib. ethi. dicit esse adnittendum ad felicitatem quātum fieri pōt, non propter impossibilitatē imortalitatis animi, sed propter difficultatem viuendi secundum imortalitatem animi. Et lib. i. ethicorum, nō negat decernēdo sed obiiciendo, mortuū esse felicem, nā posterius dicit aliquem defunctum esse felicem, aliquem autem infelicem. Rursus Aristoteles lib. x. ethi. non dubitat ꝙ intellectus dirigens hominem sit diuinus & immortalis, sed ambigit, an etiam præter intellectum immortalem, Deus illuminans dirigat, vt asseritur in libro de bona fortuna. Præterea in economia sola propagatione, sempiternitatem indiuiduorum fieri sentit, sicut antea Plato in legibus qui tamen procul dubio imortalitatem animorum asseruit. Ad postremam autem obiectionem respondetur ꝙ felicitas vitæ præsentis acquirenda per ethicam proponitur tanquam certa omnibus, & sufficiens finis pro statu vitæ, neꝙ tamen alia felicitas omnino inuoluitur silentio, immo etiam innuitur hic, limitatione appo

duplex homo

sita, quæ subsignificat aliã superesse: nec enim aliter oportuisset limitare, alia item felicitas expectanda promittitur in economica, tanquam præmium vir/tuti diuinitus redditum. Præterea aristoteles scribendo sequitur probabilitatẽ sensibiliorem, Plato autem intelligibiliorem teste Simplicio in prædicamen/tis, quare non tam aperte aristoteles dirigit hominem ad futuram beatitudinẽ vt Plato, qui posuit ipsum bonum/siue boni idæam finẽ, vt aristoteles etiam refert libro primo ethicorum cap.iii.ac.vii. huius autem ratio est ꝙ ethica est prior doctrina tota philosophia speculatiua, sicut Themistius ait libro primo phy. quare cum nundum immortalitas animi fuerit determinata, non etiam felicitas futura fuit ab aristotele, præcõstituta, vt finis humanæ vitæ, finis enim præfigendus debet esse certus.

¶Obiectio octaua. ex Arist. 12. mets. c. 38. Cap. xvi.

RVrsus colligitur obiectio octaua ex lib.xii. metaphy. tex.com.xxxviii. talis. Si animus foret imortalis felicitas humana foret perpetua, quod est falsum vt loco adducto constat, vbi dicitur ꝙ actio hominis quam optima breui tempore inest nobis, qualis intellectio dei, ipsi autem deo inest semper, & ꝙ impossibile est vt insit nobis semper. Consequẽtia autem probaẽ quoniam si animus est immortalis nõ remanet sine operatione, ne sit otiosus, & cum remaneat operatio, præcipue remanet optima, quoniã status animæ separatæ est melior q̃ coniunctæ corpori, vt dictum est ex libro primo de aĩa tex.com.xlix. & lib.iii. de anima tex.com.lxi. atq; in theologia mystica libro xiiii.cap.iiii. Optima autem operatio est felicitas vt patet lib.x. ethico. cap.ix. Respondetur ꝙ operatio optima semper inest animo, sed nõ semper inest ho/mini. Sed hæc responsio refellitur, quoniam homo est intellectus siue animus vt paulo antea probatum est lap.xv. & cum aristoteles ĩ metaphysica loquaẽ, debet loqui de intellectione hominis metaphysici, qui est ipse itellectus vt præ dictum fuit, Item si anima rationalis foret immortalis, nõ fuisset dictum ab ari/stotele in lib. de long. & breuitate vitæ ꝙ scientia corrumpatur animali corru pto maxime cum scientia sit obiecti vniuersalis lib.i. analy. post. & consequen ter sit in intellectu possibili.

¶Solutio. Cap. xvii.

AD hoc argumentum solutio opportuna colligiẽ ex aristotele in libro se ptimo ethicorum cap.xiiii. vbi ait ꝙ voluptas hominis non est perpe/tua, quoniam homo non est natura simplex/sed cõposita ex parte vna corruptibili & altera incorruptibili. Aristoteles igitur ait intellectionem dei ab homine composito nõ esse perpetuam sed temporiam immo breuem, & ad improbationem huius responsionis conceditur ꝙ vnus homo vꝫ simplex est intellectus, sed vt auerrois notat ĩ libro primo phy.com. primo. aristoteles non est multũ curiosus nominũ, quare æquiuocatione vtiẽ, & quãuis in meta physica scribat: tñ de homine physico scribit, nec.n.est absurdũ ꝙ de subiecto physico consideretur proprietas aliqua metaphysica in metaphysica, vt patet in ea exploranti, & dicit auerrois lib.ii.phy.com.xxi. Rõnabiliter aũt tũc dicit

intellectioně optimã hoĩs est imppetuũ, quia nunq̃ declarata est imortalitas animi per quæstionem dubitatam paulo ante tex.com.xvii. Sed adhuc obiicitur q intellectio optima est solius intellectus lib.x.ethi.cap.viii.&.ix. sed soluitur q itellectio optima est etiam hominis compositi vt dicitur lib.i. de anima tex.com.lxiiii.est tamen secundum intellectum vt dictum in locis adductis, q autem Aristoteles loquatur de intellectione optima hominum viuentium patet cum dicat eam non inesse semper in nobis, qui sumus homines sensibiles ac compositi & demonstrati. Ad aliud dicitur q scientia dicta late qualis est in cogitaria, corrũpitur animali corrupto vel q scientia intellectus possibilis quidem sed pendens a phantasmate corrumpitur animali corrupto & consequẽter phantasmate.

¶Obiectio nona. *ex locis Arist. excerpta vt p̃z* Cap. xviii.

AMplius omnis substantia eadem cum corruptibili est corruptibilis, sed anima rationalis est eadem cum corruptibili, ergo anima rationalis est corruptibilis. Propositio maior patet ex libr.i.metaphysicæ tex. com. xxx.&.xxxix.& lib.iii.tex.com.xv.& libr.ii.de anima tex.com.xxi.& libr.i.de cælo tex.com.cxxvi.item ex Themistio lib.i.de aia cap.xxxv.atq ex Auerroe in Algazelem.d.x.d.i. Rursus ex Platone in timæo. Propositio autem minor probatur quoniã anima sensitiua est corruptibilis ex lib.ii.de anima tex.com. xxii.si quidem est inseparabilis a corpore, q cum sit corruptibile, eo corrupto corrumpitur. anima item rationalis est eadem cum sensitiua, si quidẽ impossibile est plures formas substantiales simul inesse eidem materiæ vt colligitur ex Auerroe lib.i.phy.com.lxiii.lxvi.lxix.& lib.v.phy.com.viii.xxxviii.& in lib. de substantia orbis. Præterea lib.ii.de anima tex.com.xxxi. dicitur q sensitiuũ includitur in intellectiuo, vt trigonum in tetragono, atq ita anima sensitiua in intellectiua. Amplius operationes sensitiuæ ac intellectiuæ sunt eiusdem substantiæ, ergo anima sensitiua ac intellectiua sunt vna ac eadem substantia, antecedens probatur, quoniam per experientiam constat q operatio sensitiua aucta, minuit intellectiuam, & vice versa, vt etiam lib. viii. politicorum dicitur q labor mentis impedit corpus atq econuerso sicut quoq in exstaticis videt, cessante anima propter intentionem intellectionis ab operatione sensitiua exteriore. Nec prodest q dicitur causam esse quoniã anima sensitiua præseruit intellectiuæ ministrando phantasmata, nam propter quid labor mentis impedit corpus, nulla enim alia ratio potest assignari, nisi identitas animæ intellectiuæ cum sensitiua. Rursus si anima intellectiua & sensitiua sunt plures substãtiæ, ergo sunt plures animæ, consequentia patet, quoniam quæ differunt in superiori differunt in inferiori. Consequentis falsitas colligitur ex Aristotele lib. primo de anima tex.com.xcii.contra asserentes plures esse animas in vno animali, nec enim inquit contingit assignare rationem vnionis, vt ex eis fiat aia vna, & si non fiat anima vna, non erit per eam animal vnum. item ex Themistio lib.i.de anima cap.xxxv.& ex Auerroe com.lxxxix.anima est vna subiecto habens operationes plures: etiam de rationali vt illi loquuntur.

¶Solutio. Cap. xix.

AD hoc argumentũ respondet concedendo propositioně maiorem, & minor negatur. Ad probationě autem dicit q aia rõnalis & anima sensitiua non sunt vna substantia, & ad huius confirmationem subiunctã,

negatur ꝙ plures formas inesse simul eidem materiæ sit impossibile ad proba tionem p Auerroẽ abnegatur in proposito eius autoritas, tum quia contra rius est positioni, tum quia fuit inconstans sibi in hac re, nam alibi, ipse ponit pluralitatem formarum, vt elementorum & mixti libro.iii.de cælo.c.lxvii. & lib.v.metaphysicæ.c.xv. vbi dicit animam aduenire enti in actu, vz mixto forma mixti actuato. Quod item formæ substantiales elementorũ remaneant in mixto etiam non refractæ apud Aristotelem patet lib.iii.metaphysicæ tex. com.xvii.quem locum non videtur Auerrois aduertisse, & lib.vii.com.lx. ꝙ item qualitates omnino corrumpantur patet ibidem libr.iii.tex.com.xvii. & lib.iii.de parti.aiali.cap.i.& lib.ii.de gen.tex.com.xlviii.ꝙ item forma mixti substantialis sit alia superaddita formis elementorum patet lib.vii.metaphysi cæ tex.com.lx. Amplius ꝙ anima rationalis & anima sensitiua sint substantiæ distinctæ realiter apud Aristotelem patet ex lib.ii.de gene.animal. cap.iii.vbi dicit animam sensitiuam prius tempore aduenire fœtui, quam rationalem, & sensitiuam fieri ab agente naturali intrinseco, atq; ex potentia materiæ semina lis. Rationalem autem ab agente extrinseco, neq; ex potentia materiæ semina lis. ꝙ item anima rationalis & anima sensitiua sint substãtiæ distinctæ, patet in theologia mystica lib.x.ca.ix. Et si obiiciat quod datis pluribus formis sequit subiectum generationis esse ens in actu, dicitur ꝙ verum est in actu sed non vl timo. Si rursus obiiciatur ꝙ subiectum generationis erit in loco contra dictum lib.v.phy.tex.com.viii. respõdetur ꝙ semper subiectum motus est in loco, nõ autem semper subiectum generatiõis, & hoc sufficit ad distinctionẽ inter illa, Præterea quatenus est subiectum motus est in loco, non autem quatenus est subiectum generationis, sic.n.intelligitur illud dictũ lib.v.phy. Ad probatiões autem alias ꝙ anima rationalis sit eadem cum sensitiua respondetur ad prima negando, ꝙ anima sensitiua dicatur ab Aristotele includi in intellectiua vt tri gonum in tetragono, sed enim solum dicitur ꝙ vegetatiuum icluditur in sen sitiuo. & si diceret intellectiuum includi in sensitiuo: nõ tamen sequeretur ani mã sensitiuã includi in rationali, nec enim sicut composita se habent, sic etiã formæ, satis autem est ꝙ vna forma præexigit aliam, sic namq; lapis includit formas elementorum, non tamen forma lapidis includit formas elementorũ, sed tantum præexigit. Ad aliam probationem dicitur, negando ꝙ illæ formæ sunt vna substantia, quarum operatio vnius aucta remittit operationem alte rius, non enim hoc contingit solum propter identitatem duarum formarum, sed etiam propter ordinem vel conuenientiam in vno corpore formato, si cut in proposito ex quo anima sensitiua & anima intellectiua constituunt idẽ corpus, operatio vnius aucta minuit operationem alterius, vt enim colligitur libro septimo physico.tex.comẽ.xx.corpore turbato anima intellectiua non bene intelligit, si quidem propter indispositionem corporis constituti ab ea, ipsa quoq; male disponitur saltem per accidens, vt colligitur ex Aristotele lib. secundo topic.cap.x.& Auerrois libro octauo physic.coment.lii. & in theo logia mystica pluribus in locis, maxime libro septimo cap.primo ac septimo. Rursus quoq; vice versa corpus patitur anima intellectiua per intellectionem attentam distracta, sic enim quodammodo deserit animam sensitiuam, cuius est forma vt Themistius dicit libro tertio de anima cap.xxvii. & in theologia myst.lib.x.ca.vii.& xiiii.ca.v. Ad aliud argumẽtũ qđ eẽ difficile Themistius fatetur libr.i.de aia cap.xxxv.dico ꝙ non est absurdũ esse plures aias ac potius semianimas in vno animali subordinatas & constituentes vnã, quarũ vz vna vt sensitiua est potentia & altera vt intellectiua est actus, sic enim vt dicitur in theologia mystica libro.x.cap.ix.anima sensitiua & anima intellectiua simul

coniunctæ vnione substantiali, vt vna anima integra, formāt hominē. Quod si iterum obiiciatur, Aristoteles arguit contra dicentes ex pluribus animabus vnam constitui, dico ꝙ arguit ad hominem ponentem plures animas vt integras, nec subordinatas, cuius signum, ꝙ Aristoteles quærit quo modo ex illis fiat vna anima ꝙ si fuissent suppositæ ab autore opinionis plures animæ subordinatæ, sicut potentia & actus (vt nos ponimus ex sententia Themistii libr. iii. de anima cap. xxvii. & ex Auerroe com. v. qui dicunt etiam in substantiis abstractis esse compositionem ex materia & forma, siue ex potentia & actu) non posset fieri quæstio vt insolubilis, nam apud ipsum Aristotelē lib. ii. de anima tex. com. vii. non est dubitandum, quomodo fiat vnum ex corpore & anima, posito ꝙ corpus sit materia, & anima forma.

Obiectio decima. Cap. xx.

AMmplius fit obiectio decima, huiusmodi. Omnis substantia generabilis est corruptibilis, anima rationalis est substātia generabilis, ergo anima rationalis est corruptibilis. Propositio maior patet lib. i. metaphysicæ tex. com. xxxiii. item lib. i. de cælo tex com. cxxvi. minor autem colligitur ex Auerroe lib. i. phy. com. lx. & lxii. item lib. ii. phy. com. xxvi. & lib. iii. phy. co. xvi. & ii. ac. iiii. de gen. animal. vbi dicitur ꝙ homo generatur ab homine, & vniuoce, & sic forma qua vnus homo est vniuocus alii, generatur a patre, talis autem est anima rationalis, a qua sumitur ratio eadem: quæ est principium vniuocationis. Ad hæc dicitur ꝙ duplex est anima rationalis, vna ratione vniuersali & hæc est intellectus possibilis, qui est īgenerabilis, quædam est anima rationalis rōne particulari, & hæc est intellectus passibilis siue patibilis: qui est generabilis, & sic Auerrois sentit cum dicit animam vel formam hominis generari, & secundum hanc est vniuocatio hominum, & ab hac etiam sumitur ratio vniuocationis in generatione eorum. Sed cōtra hæc duo arguit. Primo quoniam intellectus possibilis dicitur fieri intus libr. i. de anima tex. com. lxv. apud Aristotelem, & libr. ii. de gen. animal. intellectus etiam possibilis dicitur contineri potentia in semine. Secundo, quoniam anima sensitiua non est propria homini, nec enim per eam homo est homo, sed tantum animal, iuxta Aristotelem lib. ii. de gen. animal. cap. iii. intellectus autem patibilis non excedit gradum sensitiuæ aīæ, ergo per eum non est homo generabilis inquātum homo. Præterea, si anima rationalis quæ est intellectus possibilis non fit ab agente naturali, ergo homo non sufficienter generat hominem, ꝙ est cōtra aristotelem pluribus in locis, maxime libr. i. metaphysice tex. com. xxxii. & libr. vii. tex. com. xxii. & lib. xii. tex. com. xviii. & lib. xiii. cap. v. vbi arguens cōtra ponentem idæas, dicit ꝙ non oportet ponere eas in generatione hominis, cum homo sine idæa adiuuante generet hominem, tunc enim diceret aduersarius, ꝙ idæa est necessaria propter introductionem itellectus possibilis si intellectus possibilis non fiat ab agente naturali. Respondetur, ꝙ ex intellectu possibili & patibili vnitis fit vna anima quæ est generabilis copositione partium & corruptibilis dissolutione, & ꝙ per hāc homo est homo, & generabilis ac corruptibilis vt homo. Sed contra, tunc homo non diceretur substantialiter generari, nec substantialiter corrumpi, ꝙ est absurdum, cōsequentia probatur, ex aristotele lib. i. de cælo tex. com. c vii. arguente aduersus anaxagoram dicētem mūdum corrumpi per disordinationem partium. Præterea, omnis forma sola ratione separabilis a materia alterabili est corruptibilis, anima ratiōalis est huiusmodi, ergo anima rationalis est corruptibilis. Propositio maior patet ex eo ꝙ

talis

talis forma non potest perpetuari in tali materia, nec potest separari secundum rem, minor colligitur ex libro. ii. phy. tex. com. xxvi. vt exponit Themistius & Auerrois. Rursus omnis forma terminans considerationem quidditatiuã physicæ, est inseparabilis a materia, anima rationalis est huiusmodi, ergo anima rationalis est inseparabilis a materia & consequenter corruptibilis. Propositio maior patet libro primo de partibus animalium, minor colligitur ex libro. ii. phy. tex. com. xxvi. vt Themistius & Auerrois interpretantur. Item omnis forma noua est generabilis, sed anima rationalis est forma noua, ergo anima rationalis est generabilis. Propositio maior patet ex eo ꝙ non conceditur creatio apud Aristotelem maxime noua, vt colligitur libro primo phy. tex. com. xxxiii. & libro. viii. tex. com. iiii. minor habetur libro. ii. de gene. animal. cap. iii. vbi dicitur intellectus extrinsecus accedere, qđ est nouũ atq; ita intellectus est forma noua.

Solutio. Cap. xxi.

AD hanc obiectionem respondetur vt dictum est capite proximo, ad improbationem responsionum, dicitur ꝙ intellectus dicitur ab Aristotele libro primo de anima tex. com. lxv. infieri. i. inexistere, sic enim engignesthe verbum, quo vtitur, etiam significat apud græcos vel infieri. i. introgredi, aduenicns forinsecus vt scriptum est in secundo de gene. aial. cuius signum est ꝙ ibidem subdit intellectum esse impassibilem ac substantiam subsistentẽ, immo & diuinum. Ad aliud etiam respondetur, ꝙ Aristoteles non ait in secũdo de gene. animal. intellectum contineri in semine, sed in homine, vt ex litteræ græcæ inspectione melius liquet. Ad aliud rursus dicitur ꝙ intellectus patibilis & si non excedat gradum animæ sensitiuæ, tamen est anima propria huiusmodi, & secũdum eum homo est homo ac differt a bruto, vt colligitur ex Themistio lib. iii. de anima cap. xxxii. & Auerroe com. xxxiii. quare per intellectum patibilem homo vt homo, est generabilis & corruptibilis. Sed ꝙ iterũ obiicitur ꝙ per animam sensitiuam fætus est solum animal, apud Aristotelem libro secundo de gene. intellectus autem patibilis est anima sensitiua, ergo per eum homo est solum animal, non autem homo, quare nundum per eum saluatur vt homo q̃tenus homo, sit generabilis & corruptibilis, ad hoc dici posset ꝙ per animam sensitiuam propriam homini fætus est animal sed humanũ, vt Plato etiam dicebat, qui etiam homo inabsolutus vocari potest, & qui est homo sensibilis, atq; is homo quatenus homo, est generabilis & corruptibilis, homo autem intelligibilis, qui est intellectus, non est generabilis & corruptibilis. Rursus aliter dici potest ꝙ intellectus patibilis non est virtus siue anima sensitiua, siquidem vt est notum apud Platonem, est idolũ animæ rationalis vnitæ sensitiuæ, & sic etiam apud Aristotelem libro tertio cap. vi. anima rationalis vno modo est actus corporis, quia agit perfectionem in corpore v3 intellectum patibilem idolum sui, per quem homo est generabilis & corruptibilis. Præterea vt dictum anima composita ex sensitiua & rationali corrumpitur dissolutione & corruptione vnius partis, quæ anima composita erat forma propria hominis, & sic obiectio cessat ex Aristotele contra anaxagoram, quoniã apud anaxagoram nulla forma corrumpebatur, quare non saluabat corruptio substantialis. Amplius si anima rationalis sit ingenerabilis, nõ sequitur ꝙ idæa sit necessaria ad generationem, nec. n. differentia rationalis ab idæa prouenit sed a deo & intellectu agente, vt dicetur postea, nec cum Aristoteles ait hominem generare hominem excludit omne aliud coagens, nec enim solem alibi

in lib.ii.phy.tex.com.xxvi.ab eo cōcausam positum, sed excludit tantū idæā hominis tanquam concausam effectricem generationis etiam quo ad animā sensitiuam, quo modo interpres idæarum Xenocrates dicebat. Ad reliqua argumenta duo ex lib.ii.phy.tex.com.xxvi. adducta in summa dicitur, ꝙ intellectus patibilis est ea anima humana quæ est tantum ratione separabilis a materia, Item est ea forma materialis quæ est suprema quidditatiue considerabilis a physica & sic Themistius & Auerrois senserunt, ad postremum dicitur ꝙ aīa rationalis est forma noua, sed substātia æterna, nam quamuis nouiter incipiat formare non tamen nouiter incipit existere, formare enim est accidentariū, quare potest nouari, non nouata substantia.

¶Obiectio vndecima. ex Themistio 3° de aīa cap. 28. Cap. xxii.

PRæterea colligi potest obiectio vndecima ex Themistio libro.iii. de aīa cap.xxviii.talis. Si animæ rationales remanerent post mortem, etiā possent operari, atq; ita apparerent aliquæ illarum operationes maxime circa homines ac præcipue amicos, sed hoc non contingit, ergo animæ rationales non remanent post mortem hominum, Propositio maior probatur, quoniam animæ rationales cuperent prodesse amicis reuelando ac docendo expedientia, & possent, quandoquidem plura intelligerent ac melius, minor autem probatur nam si aliquæ quandoq; apparuissent animarum superstitū operationes, nō adeo dubitaretur de immortalitate animarum rationalium, nāq; vt dicitur lib.ii.top.cap.vii. si omnes animæ sint eiusdem speciei, si vna sit immortalis & omnes, etiam per regulam Auerrois lib.ii. de cælo tex.com.xxxix. quicquid conuenit per se vni indiuiduo speciei, conuenit omnibus aliis cōindiuiduis. Quod autem nullæ operationes animarum etiā apparuerint vnquā testatur ipse Themistius lib.ii. de anima cap.xxviii. Respondetur ꝙ animæ rationales superstites habent operationes immanentes non autem transeuntes, quare non apparent. Sed rursus obiicitur, quoniam operatio transiens conuenit animæ coniunctæ, ergo etiam separatæ, cum anima in eo statu foret perfectior, & talis operatio ex perfectione prouenit, Rursus formæ est mouere libr. iii.phy.tex.com.xvii. & actus est agere libr.ix.metaphysicæ tex.com.ii. si autē anima foret abstracta esset formalior & actualior, quare tāto magis posset mouere & agere, Ad hæc, intelligentia agens & angelus, ac demō possunt reuelare, apud Auerroem in Paraphrasi de somno, ergo anima pariter, si remaneret post mortem, Item demon potest hominibus prouidere vt Isidorus & Clemens Alexandrinus aiunt, ac Aristoteli adscribunt, ergo & anima rationalis si foret superstes posset prouidere, sicut autem colligitur demones esse per suas operationes, sic etiam & animas rationales superstites colligeretur, ꝙ aūt demones sint etiam apud Aristotelem colligi potest lib.iii. de gene. animaliū c.x. vbi scribit ignem quoq; habere animalia sua inhitantia.

Dantur demones sm Arist.

¶Solutio. Cap. xxiii.

AD hoc argumentū dicit̃ vno modo, cōcedendo cōsequentiā, vʒ ꝙ aīæ rōnales separatæ operant̃ circa hoīes, & negādo ꝙ earū operatiōēs nō appareāt, imo aliqñ apparuerūt, vt Plato scribit & Plotinus attestatur p experimēta, & Aristoteles confirmat in theologia mystica lib.i.cap.iiii. & patet ex historiis fide dignis, & de hoc latius in lib.vi.tractabitur, Rursus alio mō dici posset, negādo aīas separatas habere operationes transeuntes circa hoīes,

& dicēdo ꝙ satis est, ꝙ habeant operationes imanentes, ita.n.non remanent otiosæ, & ad probationē respondetur ꝙ licet aiæ separatæ sint formaliores & actualiores, non tñ sequit̄ ꝙ habeant operationes transeuntes, sed tm̄ sequit̄ ꝙ hn̄t aliquas opationes pfectiores v3 interiores, sic.n.hn̄t intellectionē meliorē vt Aristoteles ait in theolo.mysti.lib.ix.cap.ii.& lib.xiiii.cap.vi, nec itē seq̄ ꝙ si intelligētia agēs, angelus ac demō exercēt opa exteriora, ꝙ ēt aiæ rōnales separatæ exerceant ea, nā aiæ rōnales q̄uis sint perfectiores separatæ q̄ ꝯiunctæ, sunt tñ imperfectiores substantiis semper abstractis. Nō sunt autē aiæ separatæ ēt otiosæ, quia licet non cooperentur ad vniuersum, sunt tñ adhuc ad vniuersi integritatem, vel ad ornatum stellarum comparium vt aliqui putant.

Obiectio duodecima. Cap. xxiiii.

AMplius, si aiæ rationales forēt imortales apud Aristotelē & remanerēt separatæ a corporibus, ergo forent plures substantiæ separatæ, quā enumeratæ sint ab eo, ad numerum motuum cælestium lib.xii.metaphysicæ tex.com.xlviii.& patet per rōnem inibi adductā, nulla.n.substātia optima debet esse otiosa, siue inutilis in vniuerso, sed habere aliquā operationē vtilem ad bonū vniuersi, nāq; vt dicitur lib.pol.bonum quāto est cōius tanto est diuinius, cū igitur substantiæ abstractæ sint diuiniores q̄ corporeæ, tanto magis debent habere operationē vtilē ad bonū vniuersi. Quare & aliquā actionem circa partes mundi principales, quales sunt cæli: quorū circulationes ordinantur ad motus stellaꝝ, & ita tot sunt substantiæ abstractæ, quot motus stellaꝝ.

Solutio. Cap. xxv.

AD hanc rationē dicitur. Primo ꝙ Aristoteles lib.xii.metaphysicæ vestigat numerū substantiarū abstractarū exceptis animis, de quibus sub dubio relictis dixit tex.com.xvii.fore cōsiderandū posterius. Quare sentētia Aristotelis inibi est, ꝙ substantiæ abstractæ, p̄ter aios sub dubio relictos, sunt tot, quot motus stellarū. Secūdo etiā dicitur ꝙ Aristoteles illic concludit tot esse substantias abstractas non simpliciter sed motrices cæli, quæ p huiusmodi motum fuerunt inuentæ lib.viii.phy.& lib.xii.metaphysicæ. Vnde sentētia est ꝙ substantiæ abstractæ motrices cælorum, sunt tot quot motus eorum, & .n. conclusio est eo modo intelligenda, quomodo sequit̄ ex propositionibus vt dicitur lib.i.priorū analyticorū, & libro primo poste.analy. Tertio etiam respondetur ꝙ Aristoteles lib.xii.metaphysicæ concludit substantias abstractas esse quidem tot, quot sunt motus cælestes, sed non tantum tot esse substantias abstractas, cum possit esse alia substantia abstracta, habens aliam operationem in vniuerso quam motum stellæ, v3 vt dicitur ab aliquibus gubernationē totius mundi inferioris apud Auicēnam, vel alicuius spetiei, vt intellectus agens formās sphæram humanam apud Auerroem, & intelligentia siue eadem siue altera substantia ab eo, coagens ad sensiones animalium omnium apud Auerroem lib.ii.de anima tex.com.lx. vel ad generationes animalium apud Auerroem ibidem com.lix. Amplius sicut anima mūdi apud Aristotelem in libro de genera.animal.iii.com.x.& in theologia mystica libro.viii.cap.i.quæ est anima vniuersalis, & a Themistio ponitur lib.iii.de anima cap.li.quæ coagit ad generationem omnium formarum maxime animalium æquiuoce genitorum, & ab Auerroe i algazelem dis.iii.d.xviii. Præterea possunt esse substātiæ abstractæ ordinatæ non ad circulationem stellarum, sed ad influētiam, & sunt

positæ ab Aristotele singulis stellis fixis attributæ, vt in theologia mystica scribitur lib.iiii.cap.vii.ad influentiam stellarum, & a Platone lib.vi.de rep. Præterea sunt etiam aliquæ substantiæ abstractæ non attributæ lationibus nec influentiis stellarũ vt indicatur lib.i.de cælo tex.com.c.&.n.dicunt esse extra lationem totius.i.supremum cælum plura entia optimam vitam ducentia: & Plato scribit in phædro, si vero essent attributæ stellis essent in locis stellarũ vt alibi declarabitur, nec tamen hæ substantiæ sunt otiosæ, quoniam habẽt actionem imanentem, neq; sunt inutiles quia existũt ad integritatem vniuersi. Amplius sunt demones etiam apud Aristotelem vt Isidorus & Clemens & Apuleius testes aiunt, & Alexander particula.v.suorum Problematum, imo ipse Aristoteles fatetur eos esse libr.v.metaphysicæ numerans demonem inter species substantiæ, & vt dictũ est in lib.iii.de gen.animal.cap.x.vbi in regione sublunari concedit esse etiam animalia propria ignem incolentia, quæ nõ alia sunt q̃ demones ignicolæ & in theolo.lib.x.cap.vi.& in lib.rethoricæ ac poeticæ etiam concedit demones esse, incorporeos tamẽ, nam demones corporei improbati sunt ab Aristotele libr.iii.de anima tex.com.lxvi. Præterea intellectus agens apud Aristotelem in theologia mystica lib.x.cap.xi.est substãtia abstracta deo proxima perfectione, & nulli cælo mouẽdo delegata, sed nec soli sphæræ humanæ deputata, sed post deum & cum deo oĩum aliorum entium causa lib.x.cap.xvii.theologiæ mysticæ neq; numeratur numero motuũ cælestiũ, quare illa propositio hactenus ab Aristotelicis iunioribus credita; q̃ tantũ tot sint substãtiæ abstractæ, quot motus cælestes apud Aristotelẽ, est erronea.

¶ Obiectio decima tertia. Cap. xxvi.

RVrsus fit obiectio decima quarta talis. Omnis substantia formans materiam quantitate prædispositam est corruptibilis, anima rationalis, est huiusmodi, ergo aĩa rationalis corruptibilis. Propositio maior colligitur ex Aristotele lib.viii.phy.tex.com.lxx.& lxxxvi.vbi ad probandum motorem primum non esse formam materialem, assumitur q̃ omnis substantia formans materiam finitam est finita & consequẽter corruptibilis vt Philoponus dicebat sicut refert Auerrois inibi com.lxxix.& lib.xii.metaphysicæ com.xlix. Omnis autem materia finita est quanta, vt colligitur lib.i.physi.tex.com.xv. Amplius propositio maior probatur ex Auerroe in libro de substantia orbis, qui ob id probat intelligẽtiam formare materiam cæli anteq̃ insit trina dimẽsio. rursus confirmatur, omnis substantia diuisibilis est corruptibilis libro secundo de cælo tex.com.xlix. omnis substantia formans materiam quantã est diuisibilis lib.iii.de cælo tex.com.vii.& in libro de sensu, Item ex Themistio libro tertio de anima cap.xxvii.& probatur, nam omne receptum recipitur secũdũ modum recipientis vt dicit Boetius in libro de vno. Quare omnis forma recepta in subiecto diuisibili, diuisibiliter est diuisibilis, & consequenter corruptibilis. Minor syllogismi principalis patet ex Aristotele libro secundo de genera. animal.cap.iii.vbi anima rationalis dicitur aduenire fœtui organizato.

¶ Solutio. Cap. xxvii.

AD hoc argumentum respondetur negando propositionem maiorem syllogismi, ad probationem eius, dicitur q̃ aristoteles subintelligit q̃ omnis substantia formans materiam finitam & constituta per eam est finita & tunc propositio minor erit falsa, anima namq; rationalis format qui

dem materiam finitam, sed non constituitur per eam, vt libr. vi. declarabitur, ad auerroem abnegatur eius autoritas in proposito tum quia contraria, tum quia sine ratione. ¶ Ad aliam probationem cõcessa maiore propositione vз q omnis forma diuisibilis sit corruptibilis negatur tunc minor. s. q anima rationalis sit forma diuisibilis vt dicetur in lib. vi. ¶ Dicitur tamen aliter ad maiorem illam, q verum est de forma quæ est diuisibilis diuisibilitate secũdum rem, nã aliter lux solis est diuisibilis diuisibilitate secundum rationẽ, nec tamen est corruptibilis. ¶ Ad aliã probationem q omnis substantia formans materiam diuisibilem sit diuisibilis, dicitur q verũ est de forma constituta per materiã, sic etiã receptum constitutum per subiectum recipiens recipitur per modum recipiẽtis, nõ constitutum autem per subiectum aliter se habet. ¶ Ad probationem autẽ minoris dici potest, q auerrois sentit animam cogitatiuã partibiliter aduenire materiæ seminali. ¶ Rursus etiã dici potest q dupliciter aliqua forma est extensa siue diuisibilis, vno modo formaliter, quia est constituta a materia extensa & diuisibili, & sic est corruptibilis. alio modo forma est extensa & diuisibilis virtualiter siue æquiualenter, quia format vnam partem extensam extra aliam & materiam diuisibilem, atq ita non sequitur q sit corruptibilis, & hoc secundo modo concedi potest q anima rationalis sit extensa & diuisibilis virtualiter siue æquiualenter, sicut auerrois concedit in algazelem d. iii. d. xviii. q anima mundi est extensa, & aristoteles in theologia mystica lib. ii. cap. viii. & libr. iii. cap. primo. Item anima rationalis conceditur extendi per vniuersum corpus vt animans illud vniuersaliter in theologia mystica libro secundo cap. viii. vbi etiam conceditur diuidi. i. distendi virtualiter siue æquiualenter, negatur autem diuidi. i. dissecari in partes formaliter.

¶ Obiectio decima quarta. Cap. xxviii.

PRæterea obiicitur sic, omnis virtus operationis finitæ est durationis finitæ, anima rationalis est virtus operationis finitæ, ergo anima rationalis est durationis finitæ. Propositio maior colligiẽ ex aristotele libr. viii. phy. tex. com. lxxviii. minor patet experimento, & ratione, nam omnis virtus quæ cognoscit tãtum finita, est finitæ operationis ex auerroe lib. iii. de anima com. xix. anima rationalis autem cognoscit tantum finita, q probatur lib. i. phy. tex. com. xxxv. & lib. ii. metaphy. tex. com. xi. & xii. item ex Themistio lib. iii. phy. in fine. immo aia rõnalis cognoscit paucissima iuxta Themistium lib. iii. de aia cap. ix. Quin etiã sunt aliqua q nequeunt sciri ab hõie vt vires aliquæ stellarũ lib. ii. de cælo com. xvi. & intelligentiæ quo ad cognitionẽ earũ pfectã lib. ii. metaphy. tex. com primi, & numerus stellarum in libr. de philosophia siue de mundo ad alexandrũ. Itẽ proprietates occultæ idcirco vocatæ a physicis, rursus incõprensibilia multa apud medicos restantia, vt auicenna testatẽ. amplius differentiæ vltimæ qdditatiuæ, ignotæ apud metaphysicos vt Speusyppus testatur. Præterea aristoteles ait lib. i. de anima tex. com. xlviii. q intellectio est finita. Rursus secundum Platonem lib. x. de legibus, nõ omnia sunt ab intellectu humano cognoscibilia, quare operatio intellectus humani est finita.

¶ Solutio. Cap. xxix.

AD hanc obiectionem respondetur vno modo ex parte maioris propositionis syllogismi, & dicendo q operatio potest dici finita dupliciter vt colligitur ex auerroe lib. viii. phy, com. lxxix. & lib. xii. metaphy. co. xli.

& secundo cæli com.xxxviii.& in de substantia orbis, quædam enim est finita vigore, quædam autem duratione, dicitur ergo, virtus operatiōis finitæ in vigore potest esse infinitæ durationis, vt constat lib.viii.phy.&.xii.metaphy.& lib.ii.de cælo.com.xxxviii.de motoribus secundis a primo, qui proculdubio sunt operationis finitæ in vigore, & tamen sunt infinitæ durationis, sic in proposito dici potest de anima rationali. Secundo dici potest q anima rationalis est operationis aliquo modo infinitæ quatenus intelligit singularia īfinita sub vniuersali cognito cōtenta, vt dicit Auerrois lib.iii. de anima com.xix. & lib. secundo metaphysicæ com.xiii.& est sentētia Aristotelis lib.iii.phy.tex.com. xxxii.anima ergo rationalis intelligit actu.i.simul finita, intelligit autem potētia.i.successiue infinita:& hoc sufficit vt sit immortalis, immo probat, vt dicet lib.vi.immortalitatem animæ. Et si obiiciat iterum ex Themistio loco adducto, q etiam intellectus non intelligit successiue infinita, sed consistit, dicitur q hoc euenit intellectui in corpore per accidens ratiōe cogitatiuæ cooperātis quæ lassatur. Amplius si obiiciatur, q si operatio intellectus est infinita duratione & successione, igitur potest esse motus circularis, q Aristoteles improbat lib.primo de anima tex.com.adducti contra timæum, negatur cōsequentia, quoniam motus circularis est ab eodem ad idem, quamuis autem intellectio sit successione perpetua, cum tamen sit ab vno ad aliud, non est operatio circularis: vt exponit Themistius. Si rursus arguatur, intellectio potest in infinitū perpetuari, ergo in infinitum intendi, negatur etiam consequentia, & datur instantia de lumine, qd & si in aere ppetuaretur esset tñ finitum gradu. Si itē dicatur q intelligere plura est maioris perfectionis q̄ pauciora, ergo intelligere infinita est infinitæ pfectionis, antecedēs colligit lib.i.de aia tex.com.lxxx. Rñdet ad consequentiā q verū esset si aia rōnalis simul intelligeret infinita, vt de Deo theologi concludūt, sed vt dictū intelligit tātum successiue infinita.

Obiectio decima quinta. Cap. xxx.

RVrsus fit obiectio decima quinta huiusmodi, si anima rationalis foret immortalis aut remaneret tempore īfinito separata, postq̄ tempore finito fuisset coniuncta, aut rursus reuniretur corpori, quorum vtrunq est absurdum. Primum quidem quoniam iuxta Aristotelem libr.viii.phy.tex. com.xv.aduersus anaxagoram, non seruaretur ordo naturæ, nam tempus finitum, coniunctionis animæ ad corpus non habet proportionē ad tēpus īfinitū separationis, neq cōsequenter ordinem, quod est absurdū, vt patet lib.ii.phy. tex.com.lxxxiiii.& lib.viii.tex.com.citati, finiti.n.ad īfinitū nō est proportio, vt ibidem dicitur, & lib.iii.phy.tex.com.xlix.ac libr.i.de cælo tex.com.lxiiii. Secundum etiam cōsequens erit absurdum, quoniam aut erit hominum resurrectio iuxta Democritum aut transmigratio animarum iuxta pythagorā, quorum vtrunq improbatum est ab Aristotele lib.i.de anima tex.com.xli.

Solutio. Cap. xxxi.

AD hoc argumentū dupliciter pōt responderi, vno modo posita aīorū infinitate: cōcedēdo q tp̄us separationis aiæ rōnalis erit infinitū, ad improbationē aūt huius, dr̄ q natura seruat ordinē ī cōstitutione vniuersi, sic Aristoteles intelligit libro.viii.physico.loco adducto: rursus natura seruat ordinem in pluribus, sic Aristoteles intelligit lib.ii.phy.in constitutione autē partis, natura non semper seruat ordinē, vt in situ terræ supra aquam propter

habitationem animalium, in ascensu grauis, & descensu leuis, ne detur vacuū, ita quoq; ad aliquod bonum vniuersi, non est absurdum si natura non seruet ordinem, vt in constitutione hominis, qui est medius inter composita, æterna simpliciter, & composita corruptibilia simpliciter, quod non posset cōtingere nisi anima rationalis foret immortalis. Præterea finiti ad infinitum nō est proportio rationalis ita intelligit Aristoteles, est tamen proportio irrationalis vt Auerrois concedit in proemio phy. & lib. i. cæli. cap. xlvii. Rursus Aristoteles lib. viii. phy. tex. com. adducti non ait ꝙ finitum non habet proportionem ad infinitum, sed ait infinitum ad infinitum, & sic habet archetypus græcus, & sensus est secundum Themistium, ꝙ non potest assignari ratio, quare materia mundi infinito tempore informis præextiterit, deinde autem formata sit, præcipue in aliquo tempore magis quā in alio, non autem ita se habet in proposito ꝙ non possit assignari ratio, quare anima finito tempore fuerit coniuncta, infinito autem separata: siquidem vt dicitur lib. i. de anima tex. com. xlii. melius est animæ rationali esse separatam a corpore q̄ illi cōiunctam. Secūdo aliter respondetur ad hanc obiectionē posita animorum multitudine finita, ꝙ tempus separationis animæ rationalis non erit infinitum, quia fit reditus animæ in corpus, in magna orbis periodo quam concedit Aristoteles in libro primo metheorotum cap. xiiii. & hoc colligitur in theologia mystica pluribus locis maxime libro. xiii. cap. iiii. qualis etiam manifesta est Platonis sententia, & de hac in cap. l v. latius dicetur.

¶ Obiectio decima sexta. Cap. xxiii.

PRæterea si anima rationalis foret immortalis, sequeretur ꝙ Deus coniungens eam corpori talis foret, aut iniustus, aut impotens, aut improuidens, aut inimicus animæ rationalis, quorum consequentiū quodlibet est absurdum. Primum quidem: &. n. vt dicitur i libro de fortuna, & in libro de mūdo ab Aristotele Deus est iudex æquus. Secundum quoq; : nam probatum est lib. viii. phy. tex. com. lxxviii. ꝙ est infinitus etiam vigore vt peripatetici melius quidam interpretantur, & ipsemet explicat Aristoteles in theologia mystica lib. x. cap. xiii. & lib. ii. cap. iiii. & lib. xiiii. cap. iiii. & in lib. vii. pol. & deducitur ex lib. xii. metaphysicæ tex. com. li. & lib. v. metaphy. tex. com. xxi. Tertiū consequens esse absurdum etiam constat, ex eo ꝙ prouidentia diuina ab Aristotele asserta est in lib. de mundo, & in Economica, Item in libr. de cælo tex. com. xxxii. & in theologia myst ca lib. x. cap. xiii. & colligitur ex libr. ii. physi. tex. com. lxxv. & xii. metaphy. xxxvii. ac. lii. & secūdo libro de gene. tex. com. lix. & in lib. ii. de cælo tex. com. lvi. & colligitur ex prouidentia naturæ a deo directæ: vt dicit Auerrois lib. xii. metaphysicæ com. xviii. Quartum item esse absurdum patet ex eo ꝙ dicitur lib. viii. ethi. ꝙ Deus amat mentem sibi cognatissimam. Consequentia autem sic deducitur, & parte quædam colligitur ex Platone in phædro vbi ob id execratur vnionem animæ ad corpus. imprimis ꝙ Deus foret iniustus: quoniam homo est animal calamitosum, nam vt dicit ab Aristotele libro primo metaphysicæ cap. primo, natura humana multipliciter serua est, & a Plinio calamitas hominis probata est libro septimo historiæ naturalis, & patet, nam homo subiicitur infinitis morbis, vt medici aiunt, immo patitur dogma perpetuæ passionis vt Galenus testatur libro secundo artis medicæ paruæ. Item subdit variis fortunæ malis: vt dicit libro primo ethi. cap. xiii. Rursus supponitur innumeris animi malis vt vitiis libro secundo top. cap. xix. & lib. iii. ethi. cap. v. & erroribus ex Themistio proemio phy. & lib. iii.

de anima cap.ix.Errores autem dixit Plato in gorgia sunt mala omnium pessima.Passiones autem corporis redundant in animam rationalem,libro primo de anima com.xiiii.& lib.vii.phy.tex.com.xx.& lib.iiii.ethi.cap.xv. aduersitates item tristificant & impediunt operationes animi libro primo ethic.cap.xiiii.vitia quoq; proueniunt ex vnione animi ad corpus libro primo ethicorũ cap.xvii.Errores similiter lib.iii.de anima tex.com.lxi.Rursus ab Aristotele dicitur libro primo de anima tex.com.xlix.q; laboriosum est animam misceri corpori:& in Eudemo confirmatur vt Plutarchus refert.Item corpus dicitur carcer animæ ab Horpheo,& ab Anticlide vt refert Aristoteles in theologia mystica libro primo cap.v.corpus etiam dicitur sepulchrum animæ a Zoroastre,antrum ab Empedocle,specus & ligamentũ a Platone vt refert Plotinus enneade.iiii.lib.viii.libro autem.iii.metaphysicæ.c.i.vinculum mentis impedit scire,vt pedum ambulare.Deus igitur videtur iniustus,si animam rationalem immortalem coniunxerit corpori mortali,in quo & a quo tantum patiatur,atq; imperficiatur.Impotens autem videtur Deus cum non subiecerit corpus immortale animæ immortali,qđ erat cõueniens.Et enim natura,quæ a Deo dirigit de possibilibus facit qđ est melius vt dicitur libro secũdo de cælo tex.com.xxxiiii.quare & Deus dirigẽs debet similiter facere.Item Deus videt improuidens cum substrauerit corpus ineptum ad operationes animæ nobilis si sit immortalis,sed & corpus inutile,cũ anima si separetur,melius intelligat separata quam coniuncta,neq; habitum seruet in corpore acquisitum,non.n. reminiscitur vt dicitur libro primo de anima tex.com.lxvi.& lib.iii.tex.com. xx.ac in theologia lib.ii.cap.i.Præterea Deus videtur inimicus animæ rõnalis cum alligauerit eam corpori affligenti,& tanq̃ in loco pæne relegauerit.Dicitur ad hæc,q; anima rationalis ex necessitate naturæ,cum sit intellectus imperfecti,vnitur corpori ad intellectionem incohandam,quam alioquin nunq̃ posset assequi,& ad hoc bonum acquirendũ intercidit aliquod malum,q; non est absurdum.Natura enim facit semper qđ est melius,sed ex possibilibus vt dicitur libro secundo cæli loco adducto.Et natura facit aliquod malum propter aliquod bonum:vt corruptionem vnius idiuidui propter generationem alterius,& mortem brutorum propter vitã hominis,sicut ars quoq; amputat partẽ corporis propter salutẽ totius,immo etiã natura amputat partem corporis propter salutem totius,vt patet in castoreo,semetipsum castrante,& natura facit mortẽ parentũ propter vitã prolis,vt patet in vipera,coeunte masculo,& pariente fæmina.Sed contra hanc responsionem arguit,quoniam si anima rationalis est immortalis,ergo etiam est perpetua ante cõiunctionem sicut post separationem vt cap.xxvi.probabitur.Quare etiam ante vnionem ad corpus intelligebat,alioquin infinito tẽpore præextitisset otiosa,qđ est absurdum.Amplius corpus impedit animam rationalem intelligere vt declarat Plato in phædone,& patet lib.i.de anima tex.com.xlix.& lib.iii.tex.com.lxi. dispositio corporis est velamentum itellectus,vt passio,morbus,somnus,quæ sæpe insunt huiusmodi,somnus quidem medietatem vitæ occupat lib.primo ethi.cap.xviii.adolescẽtia item partem tertiam,quæ est irrequieta ob affectus libro.vii.phy.tex.com.xx.Senectus item partem vltimam quæ est morbus naturalis in libro de animal.Præterea motus impedit intelligere animam rationalem lib.vii.phy.tex.com.xx.corpus autem mouet animam ibidem,& secũdo topi.lib.cap.x.quare corpus est impedimentum animæ rationali ad intelligendum.Item corpus grauat mentem libro.iiii.de partibus animali.cap.ix. Rursus anima rationalis intelligit insensibilia sine phantasmate,quare non indiget corpore ad intelligendum illa,non ergo indiget vnione ad corpus

ad inchoandam

ad inchoandam intellectionem. Respondetur ꝙ anima rationalis indiget corpore vt intelligat non simpliciter, sed obiecta sensibilia adminiculo sensus vt Themistius scribit in proemio phy. & Aristoteles in theologia mystica libro xii. cap. iii. Sed contra hoc dictum arguitur, quoniam tunc sequeretur ꝙ anima rationalis coniuncta foret perfectior q̃ separata, siquidem posset fungi aliqua operatione, qua separata non posset. Præterea obiectum sensibile mouet intellectum possibilem in virtute intellectus agentis & necessitas phantasmatis est tantum propter spiritualitatem secundum Auerroem in libro de sensu, sed hanc potest intellectus agens sufficiendo præstare, ergo anima rationalis separata si sit immortalis potest intelligere obiecta sensibilia, quare non indigebit vnione ad corpus propter aliquam intellectionem.

¶ Solutio. Cap. xxxiii.

AD hæc argumēta ex Platone in timæo vbi laudat vnionem animæ ad corpus. Respondetur, supposito vno ex libro secundo de cælo tex. co. xvii. & lib. xii. metaphysicæ tex. com. xxxvii. ꝙ duplex, est finis quidam primarius, quidam autem secundarius. Rursus vt ibidem colligitur, superiora sunt propter inferiora intentione secundaria. Quare anima rationalis, quãuis cum sit immortalis est nobilior, inferioribus, tamen vnitur corpori mortali, ꝑpter inferiora intētione secundaria, & multis de causis. Referunt autē ab Aristotele in theologia mystica libro primo cap. v. plures causæ vnionis animæ rationalis ad corpus: secundum Platonem quarum vna est, ꝙ aliquæ animæ a deo coniunguntur corporibus ad delictum cōmissum diluendum quod est desiderium inferiorum vt ibidem colligitur, & cap. ii. & ab beatitudinē promerendam secundum legem diuinam operando, & talem descensum animæ rationalis execratus est Plato, inquit altera est ꝙ aliquæ animæ rationales innocentes coniunguntur corporibus ad exhortationem aliarum nocētium & cōuersionem ad deum, quales sunt animæ prophetarum, & has duas causas Anticles etiam posuit, vt refertur cap. iiii. Aristoteles autē neq; probat neq; improbat, sicut multa alia in illo toto opere, relata, quæ si consequntur alia Aristotelica Placita, proculdubio sunt admittenda, si autem nec repugnant nec secuntur, sunt tamen probabilia possunt admitti, & sic in isto opere nos seruauimus, quæ autem Aristoteli repugnant aliubi, sunt reicienda, quandoquidem sunt hic tantum ab Aristotele vt referente scripta. Tertia rursus causa vnionis animæ rationalis ad corpus, secundum Platonē est, vt mundus inferior sit perfectus per intellectus præsentiam, non potest autem intellectus inesse mundo inferiori sine sensu, sensus autem non est sine corpore, atq; ita anima rationalis corpori coniuncta fuit a prouidētia diuina, vt patet in theol. libro primo cap. v. & secundum fatum cap. ii. Intellectus autem est necessarius mundo inferiori ad opera vitæ intellectualis in eo manifestanda, vt dicitur in theologia libro septimo cap. primo: sicut mundus factus est ad bonitatem diuinam significandam, intellectus item vnitur corpori medio sensu, tum propter sui distantiam a corpore, tum quia vnitus indiget cognitione sensibilium, vt dicitur in theologia lib. xii. cap. iii. quæ non potest intelligere sine adminiculo sensus, vt patet lib. iii. de anima cap. x. & vt declaratur in lib. x. cap. vii. theol. Quarta causa vnionis animæ rationalis ad corpus est ad regimen hominis cogitarii, vt colligitur ex Aristotele in theol. lib. i. cap. ii. & lib. vii. cap. i. nam homo cogitarius per prudentiam innatam ad scelera armantem, foret animal pessimum vt pote impiissimum, atq; immanissimum & voluptuosissimū iuxta Aristotelē

lib.primo pol.nisi intellectus possibilis vniretur illi: dirigens ad optima vt dicit lib.primo ethi.cap.xviii.& lib.x.cap.viii.ac.ix. Quinta causa vnionis animæ rationalis ad corpus est vt colligitur in theologia lib.xii.cap.iii. vt anima intelligat sensibilia abstrahendo species eorum ab obiectis medio sensu, quæ non aliter posset intelligere: vt dictum est in hoc lib.cap.xi. Sexta causa cõiunctionis animæ rationalis ad corpus est, vt anima rationalis in libertate constituta experiatur bonum & malum, & beatitudinem ex merito secundum institutionem diuinam consequatur, & hæc ponitur in theologia mystica lib.xii. cap.xvi. Præterea anima rationalis vnita corpori non patitur in se ipsa vt Aristoteles ait lib.i.de anima tex.com.lxvi.aut si patitur tantum per accidens patitur vt dicitur in theologia mystica libro.vii.cap.vii. sed intellectus patibilis simulacrum animæ est qui patitur, anima autem rationalis videtur pati, quoniam homo per passionem intellectus patibilis priuatur operatione itellectus possibilis, sicut in eclypsi solis nos priuamur eius lumine, vnde sol videtur pati qui tamen nihil patitur. Intellectus item tantum patitur passione respectiua, sicut mouetur motu respectiuo vt columna quæ est dextra fit sinistra, iuxta Auerroẽ lib.vii.physi.tex.com.xx. Sed obiicitur illud adductum ex libro primo de aĩa tex.com.xlix. vbi aperte Aristoteles ait, quod animam cõmisceri corpori est laboriosum. Respondetur quod illud assumitur ad hominem redarguendum non simpliciter a se concessum. Præterea intelligit quod animam rationalem violenter & iseparabiliter vniri corpori atque vt organo, est laboriosum, apud Aristotelem autem anima rationalis non ita vnitur corpori. His igitur præmissis negatur obiectionis consequentia. Atque imprimis dicitur quod Deus non est iniustus vniens animam immortalem corpori calamitoso, quoniam vt dictum anima ipsa non in se ipsa patitur talem calamitatem, sed tantum per accidens & quo ad nos, & hoc solum probant rationes adductæ. Amplius dicitur quod Deus non est impotens si coniungat animam imortalem corpori mortali, impotẽtia.n. non est respectu impossibilium iuxta Auerroem lib.viii.phy.com.iiii.nam & iuxta agathonem Deus non potest impossibilia, impossibile autem fuit, intellectum vltimi gradus vniri corpori immortali. Rursus Deus nõ est improuidẽs vniendo animam impassibilem corpori passibili, non enim cedit hoc ad malum animæ sed bonum, quatenus comunicat suam operationem & perfectionem. Item vt dictum est hoc cedit ad vtilitatem mundi inferioris, quare hoc satis est ne anima rationalis frustra vniatur corpori. Et ad rationes quod vnio ad corpus deteriorat animam rationalem, responsum est, quod non, licet videatur. Præterea vnio animæ ad corpus significat quidem imperfectionem naturalẽ intellectus vniti, sed non est causa imperfectionis. Præterea anima rationalis præcipue apud peripateticos vnitur corpori vt intelligat sensibilia, & hoc satis est ne frustra vniatur, & ad huius improbationem dicitur, quod non est absurdum animam coniunctam esse perfectiorem secundum quid, vz quo ad intellectionem sensibilium. Rursus negatur quod obiectum in virtute intellectus agentis possit mouere intellectum possibilem sine medio phantasmate, nec.n. intellectus agens potest agere pro phantasmate, licet sit nobilior, quamuis &.n. cõtineat eminenter phantasma, non tamen virtualiter continet. Postremo non etiam deus est hostis animæ rationalis, quoniam vt dictum, ea non patitur cõiuncta corpori, sed potius quadãtenus perficitur.

¶ Obiectio decima septima. *de Arist. 2 Aver.* Cap. xxiiii.

Rursus inter formam materialẽ simpliciter & immaterialẽ simpliciter

datur media, probatur, qm̃ natura procedit ordinate ab extremo ad extremũ, vt dicitur libr.ii.phy.tex.com.lxxxiii.&.lxxxv.& patet inductione in oibus vt natura procedit a plantis ad aialia per Zoophyta media, est autem forma imaterialis simpliciter quæ non indiget corpore nec vt subiecto, nec vt obiecto, forma autem materialis simpliciter est quæ indiget corpore vt subiecto & obiecto. Media igitur forma erit quæ indiget corpore tm̃ altero modo, sed non põt esse vt indigeat corpore vt subiecto & non vt obiecto, ergo forma media est quæ indiget corpore vt obiecto, anima autem rationalis est forma media, vt dr oium cõsensu, & colligitur lib.ii.phy.tex.com.xxvi.& libr.i.de aia com.xxvi. quare aia rõnalis indiget corpore vt obiecto, omnis aũt forma indigens corpore vt obiecto est inseparabilis a corpore, nam sicut non põt operari sine corpore: ita quoq; non potest existere, sine illo.

Solutio. Cap. xxxv.

AD hoc argumentum dicitur q̃ forma materialis potest accipi late & anguste, similiter forma imaterialis. Forma materialis late est quæ constituit siue format aliquã materiam, & hoc modo aia cæli est forma materialis. Forma autem materialis anguste est quæ format aliquã materiã & substituitur seu sustinetur per eam, & sic aia cæli non est forma materialis. Forma immaterialis similiter late est forma non substituta a materia, sed superstituens materiã vt aia cæli, vnde eadẽ forma est materialis late, quatenus format materiam, & immaterialis late, quatenus a materia non substituitur. Forma vero immaterialis anguste est, quæ nec substituit materiã vt forma, nec substituitur sicut Deus, apud meliores peripateticos, nec.n. Deus est forma mundi, sed aia vniuersalis quæ est idolum Dei, vt patet in theologia mystica libr. viii. cap.i. Quare dicitur q̃ inter formam materialẽ late.i. superstituentẽ materiã, & formam immaterialẽ anguste, non est media, contradictorie.n. hæ differũt, inter formam autem materialem anguste, & immaterialẽ late datur media etiã, nã vna superstituit & substituitur, altera autem superstituit & nõ substituitur, quare media est illa quæ nec superstituit nec substituitur vt Deus. Rursus inter formam materialem anguste, & immaterialem anguste est media, ea quæ supstituit, sed non substituitur a materia, vt anima cæli & anima rationalis. Et sic inter formã materialẽ aliqñ est mediũ vt dictũ est, aliqñ aũt nõ ẽ mediũ, & hæc fuit Auerrois sentẽtia lib.i.metaphy.tex.com.xxxix. & lib.iii.metaphy.tex.co.vii. Aia rõnalis igiẽ est vltima inter formas imateriales.i. non constitutas a materia, vt dicitur in theologia lib.vii.cap.v. & Boetius dicit in lib. de vno, colligitur itẽ ex Auerroe lib.ii.phy.com.xxvi.& aperte poniẽ libr.iii. de aia co.ix. Ad obiectionẽ igiẽ, natura pcedit ab extremo ad extremũ p mediũ, verũ ẽ, qñ intercidit mediũ, & sic a forma materiali anguste, ad imaterialẽ anguste, p medias aias cælestes & humanas, vt diciẽ in theolo.lib.x.cap.xv. & lib.vii.cap.v. quando autem non est medium, procedit ab vno extremo imediate ad aliud vt ab intellectu patibili ad possibilem, qui est extremum in cõtradictione quatenus non est forma constituta a materia, ad rationem autem q̃ si anima rationalis indiget corpore vt obiecto, ergo est corruptibilis, respondetur, negãdo consequentiam, & ratio est, quoniam non indiget corpore vt obiecto simpliciter, sed ad tempus, & ad quædam, in corpore videlicet existens, & ad sensibilia maxime primo intelligenda, ac præcipue singularia, nam vt in theologia dicitur libro secundo cap. vii. anima separata actu intelligit vniuersalia sensibilia, licet non reminiscatur singularium.

Aia mundi est idolũ dei, ex Theolog. mystica lib. 8. cap. p

¶Obiectio decima octaua. Cap. xxvii.

PRæterea, si anima rationalis foret immortalis, homo posset clare intelligere, substantias abstractas, sed hoc est falsum, vt colligitur ex Aristotele libro secundo metaphysicæ tex. com. primi, vbi dicit quod itellectus animæ nostræ se habet ad ea quæ sunt manifestissima in natura, sicut sunt ipsæ substãtiæ abstractæ (inquit ibi Auerrois) vt oculus nicticoracis ad lumen solis. Cõsequentia deducit, quoniam si anima rationalis sit immortalis est forma immaterialis simpliciter, quare est eiusdem abstractionis cum substantiis abstractis. Si autem ita est, ergo est proportionata ad intelligendum eas, ex quo sequitur vt possit eas clare intueri.

¶Solutio. Cap. xxvii.

AD hoc argumentum respondetur, quod anima rationalis coniuncta corpori potest intelligere substantias abstractas vt colligitur ex Aristotele lib. ix. metaphysicæ tex. com. xxii. vbi ait quod ignorãtia nostra circa tales substantias non est vt cæcitas: & subdit. i. in non posse intelligere eas. Idem colligitur lib. xii. metaphysicæ tex. com. xxxviii. vbi dicitur quod intellectio dei ab homine habita, quæ est optima non est æterna, vt habita ab ipso deo, Item colligitur lib. x. ethi. cap. ix. & x. vbi fælicitas humana ponitur esse in optima operatione animi circa optimum obiectum, & maxime in actu sapientiæ, quæ est circa diuina vt dictum est lib. vi. cap. viii. Rursus dicitur quod duplex est itellectio substantiarum abstractarum, quædam est speculatiua per discursum, quædam est intuitiua, vt colligitur ex Auerroe lib. ix. metaphysicæ tex. com. xxii. Amplius quidam est status hominis ante adeptionem intellectus speculatiui & copulationem intellectus agentis vt formæ, quidam autem est post adeptionem intellectus speculatiui & adeptionem intellectus agentis vt formæ, vt colligitur ex Auerroe lib. iii. de anima tex. com. xxxvi. Ergo dicitur quod intellectio obscura substantiarum abstractarum est homini possibilis ante copulationem intellectus agentis, sic Aristoteles intellexit lib. ii. metaphysicæ, & ita sentit in theologia mystica libr. ix. cap. ii. & libr. x. cap. vii. Item dicitur quod intellectio clara substantiarum abstractarũ est homini possibilis pro conditione tamẽ sui, post copulationem intellectus agentis, vt colligitur ex Auerroe libro. iii. de anima com. adducto. Qualis autem sit copulatio intellectus agẽtis & quo modo substantiæ abstractæ intelligantur a nobis latius dicetur libr. vi. atque ita satis est ad immortalitatem animi saluandam, quod aliquando intelligat substantias abstractas, immo si tantum etiam itelligeret eas post separationem, vt quidam aiũt, satis foret, tunc. n. proculdubio intelligit substãtias abstractas clarius vt dicitur in theol. mysti. lib. ix. cap. ii. & lib. x. cap. vii. Præterea, quãuis aius imortalis sit eiusdẽ ordinis cũ substãtiis abstractis, nõ tñ est eiusdẽ gradus, imo est infiniti inter formas abstractas, quare nõ ẽt necessariũ est vt clare itelligat substãtias abstractas supiores, sicut luna est stella, nec tñ est æquæ lucida vt aliæ, vt Aristo. dixit in lib. de aial. Quẽadmodũ aũt lux ẽ i stellis, ita potẽtia itelligẽdi i itellectibus.

¶Obiectio decima nona. Cap. xxviii.

AMplius si anima rationalis foret immortalis plures forent boni quã mali homines, quod est aperte falsum, vt patet experimento, & ex Aristotele lib. iii. ethi. cap. v. ac lib. iii. top. cap. x. Consequentia deducit, quoniam si

anima rationalis foret immortalis, foret prona ad bonum immortale ꝙ tunc esset simile, & naturaliter appeteret illud, quare etiam in pluribus assequeret, quoniam natura vt in pluribus consequitur finem intentum, vt dicitur lib. ii. phy. tex. com. lxxxii. alioquin frustaretur in pluribus, ꝙ est absurdũ, & cõtra bonam vniuersi constitutionem, ac consequenter cõtra prouidentiã diuinã.

Solutio. Cap. xxxix.

AD hoc argumentum dicitur ꝙ in homine sunt duo mouentia, vnum ꝙ ad bonum dirigit & est ratio siue itellectus possibilis vt colligitur lib. i. ethi. cap. xviii. & lib. x. cap. viii. & ix. & lib. iii. de aĩa tex. com. lxvii. alterum principium mouens in homine est appetitus sensitiuus, qui mouet ad malum, apparens tamen bonum, vt ibidem dicitur, & hoc contingit propter prauitatem, sicut dicitur lib. iii. ethi. cap. v. in natura igit̃ bene disposita, appetitus paret rationi, sicut puer pedagogo, vt dicitur lib. iiii. ethi. cap. xv. Et. n. vt habetur lib. primo politicorum. Ratio quãdoq; superat appetitum, qñq; autem superatur, in natura v3 male disposita, vt lib. iii. de anima cõstat tex. com. lvii. Natura autem fit male disposita vel per ægritudinem, vel per prauam assuefactionem, vt dicitur lib. vii. ethi. cap. viii. aut etiam per ipsam propagationem vt in filio patris qui verberauit patrem, vnde & apud Platonẽ natura humana aliquando degenerat in ferinam ob hanc causam longo vitiorum processu in maioribus. Natura humana rursus fit praua ob infælicẽ genituram, vt dicũt astronomi. Quare contingit ꝙ varii homines sunt proni ad vitia, vt dicitur lib. ii. ethi. cap. ix. quãq; vitia nec virtutes insunt a natura, vt eodem libro dicit̃ cap. primo. Igitur homo secundum intellectum possibilem est quidẽ pronior ad bonum, secundum autem patibilem ad malum: ad vim itaq; argumenti. Si anima rationalis est immortalis ergo est prona ad bonum imortale & appetit illud homini, concedo, sed ex alia parte in homine est alius appetitus ad contrarium, ꝙ impedit consecutionem, nec est absurdum ꝙ agens frustretur in pluribus quo ad finem secundarium, qualis est virtus moralis finis itellectus possibilis, & maxime propter idispositionem subiectorum, & præstantiã finis, qui in paucis obtentus sufficit ad perfectionem naturæ, sicut vnitas indiuidui sufficit speciei nobili lib. i. de cælo. c. iiii. Sic. n. & natura potius intendit indiuidua perfecta, & tamen paucius consequitur indiuidua perfecta, vt in specie humana. Plures sunt fæminæ q̃ masculi, & homines intemperati q̃ temperati. Satis autem est ꝙ natura in pluribus assequatur finem secundarium, hoc est indiuidua non monstrosa, atq; ita quoq; satis est ꝙ in pluribus homines sint nõ monstrosi vitiis, hoc est non immanes neq; brutales moribus.

Obiectio vigesima. Cap. xl.

RVrsus, si anima rationalis est imortalis absurdum videtur ꝙ vniatur corpori mortali, siquidem locus substantiæ æternæ debet esse æternus, vt colligitur libro primo de cælo tex. com. xcix. sic enim probatur per hoc ꝙ cælum est æternum quia est locus substantiarum æternarum videlicet intelligentiarum. Cælum autem non est aliter locus illarum nisi sicut formatum est locus formæ: & motum motoris libro primo cæli tex. com. c. & lib. viii. phy. tex. com. lxxxiiii. Corpus autem est locus animæ rationalis inquit Aristoteles in theologia lib. primo cap. v. autoritate Anticlidis.

¶Solutio. Cap. xli.

AD hanc obiectionem breuem breuiter respondetur quod duplex est locus simpliciter & secundum quid. Primo modo cælum est locus intelligentiarum. Secundo modo autē corpus sensitiuum est locus animæ rationalis, atq; ita non est absurdum, ꝙ locus ad tempus breue quale est humanæ vitæ iuxta Hippocratem in aphorismis corruptibilis sit substātiæ incorruptibilis, quæ deinde reuertitur ad locum proprium vt dicitur in theologia lib. xiii. cap. iiii. maturans separationem ab eo vt libr. vii. cap. vi. dicitur. Præterea secundum Aristotelem in theol. lib. ii. cap. x. anima rationalis non est proprie in corpore vt in loco, immo secundum eundem neq; proprie est in corpore, sed extra corpus i eadem theol. libr. xii. cap. primo, quoniam anima rationalis non sustinetur a corpore, sed potius constituit illud.

¶Obiectio vigesima secunda. Cap. xlii.

PRæterea si anima rationalis sit immortalis, cū fuerit separata, aut existet alicubi aut nullibi, quorum vtrūq; est absurdū, nam si existat alicubi, aut erit intra cælum aut extra, non extra cælum, alioquin animæ rationales existerent æquales intelligētiis superioribus, loci nobilitate, quæ sunt extra cælum libro primo cæli tex. com. Rursus nō anima rationalis est intra cælum, aut enim in ipsis cælis, & hoc non contingit, quādoquidem, frustra ibi existeret, nec enim propter se ipsam, neq; propter stellam aut item anima rationalis separata existeret sub cælis in regione ignea vel aerea sed neq; hoc conuenit, quoniam vt prius dictum, ibi etiam frustra animæ rationales collocarentur, nec enim ad aliquem finem opportunum in vniuerso. Præterea regio ignea est locus demonum iuxta Aristotelem in lib. de gene. animal. quare animæ rationales non debent ibi collocari. Differentium namq; substantiarum loca debent esse differentia neq; rursus anima separata est in regione aerea, quoniam illa etiam est demonum apud Aristotelem in libro de mundo teste Apuleio. Quod autem anima rationalis separata sit nullibi, hoc etiam est absurdum, nā cum sit definitæ existentiæ ac virtutis, videtur esse etiam definiti situs in vniuerso. Rursus si anima separata existit, ergo aliquādo agit, alioquin foret otiosa, agit autem, ergo alicubi existit, agens nāq; agit vbi existit.

¶Solutio. Cap. xliii.

ADd hanc obiectionem trifariam respondetur, vno modo ꝙ non est negandum aliquid esse, quia nesciatur: quomodo sit, sicut non est negandum stellas aliquas esse quia ignoretur quales sint, aut quot, & quomodo, quare neq; negandum est animam rationalem separatam existere, quia lateat quomodo separata existat, sicut nec diuina scientia de futuris contingentibus neganda est inquit Algazel, quoniam lateat qualis sit. vnde ad vim argumenti, anima rationalis separata existit, ergo existit alicubi vel nullibi, concedo consequentiam, ac totum cōsequens, sed dubito de parte, sicut stelle sunt, ergo sunt pares vel impares, concedo consequentiam & totum consequens, sed ambigo de parte consequentis. Rursus aliter secundo dici potest ꝙ anima

separata existit nullibi ex theol. libro primo cap. ii. Et. n. hæc est Plotini Iamblí. & Porphirii opinio ꝙ substantia intellectualis sit illimitata loco, nam vt dicitur libro. iiii. phy. tex. com. primi, quãuis oẽ ꝙ non est non sit in loco, nõ tñ omne ꝙ est est in loco, a destructione. n. antecedẽtis ad destructionẽ cõsequẽtis non valet consequentia ex libro primo elenchorum, & libro. i. phy. Præterea apud Aristotelem si vnitas foret separata, non foret tamen in loco, sic etiã idæ sunt & non sunt in loco apud Platonem vt patet in Parmenide, & refert lib. iii. physi. tex. com. xxv. Item apud Boeti. in hebdo. incorporea non sunt in loco, ad rationem autem, anima est finitæ existẽtiæ, ergo finiti situs in vniuerso negatur consequentia, nec. n. existentia finita est ratio sufficiens essendi in loco. Rursus, anima rationalis separata agit, igitur est i loco, negatur similiter consecutio, nam vt aliqua existentia est non in loco, sic aliqua actio nõ est in loco, &. n. omnis actio sed existẽtis in loco est in loco. Tertio respondetur aliter, ꝙ vt quantitas molis finita est ratio substantiæ corporeæ essendi in loco, vt colligitur lib. iiii. phy. tex. com. lxxvi. & ex eo ꝙ locus est contentiuus locati tex. com. xxxix. sic etiam quantitas virtutis finita est ratio essendi in loco substantiæ incorporeæ. Dico autem finita, quia deus cum sit infinitus non est in loco in theol. lib. xiiii. cap. vii. hoc autem colligitur ex Ioanne Damasceno in suo opere sententiarum theologicarum, & a Ioanne Scoto admittitur volumine secundo. Quod autem detur quantitas virtutis etiam apud Aristotelem patet lib. ii. de gen. tex. com. xxxix. & in lib. de motu animal. & ꝙ substantia incorporea possit dici finita patet ex lib. ii. de cælo apud Auerroem com. xxxix. ꝙ item quantitas sit ratio essendi in loco patet ex eo ꝙ est fundamentum finitatis lib. i. phy. tex. com. xv. quæ est ratio proxima definitionis in loco. Quare dicitur ꝙ duplex est locus quidam circũscriptiuus, qui est substãtiæ corporeæ cõtentæ, qdã est definitiuus q est substãtiæ icorporeæ finitæ. Præterea vt latio est rõ cognoscẽdi locũ substãtiæ corporeæ, sic opatio trãsiẽs ẽ rõ cognoscẽdi locũ substãtiæ icorporeæ, nõ ꝙ sit ratio prima essendi in loco, nã vt recte qdã arguẽdo dicũt, sicut opari ꝑsupponit esse, sic opari i loco ꝑsupponit esse in loco, & hæc ẽ (puto) peripateticoꝶ opinio lib. viii. phy. tex. co. lxxxiiii. & lib. i. de cælo tex. co. xxii. & c. ac lib. ii. tex. co. ii. nec aliter puto diuus Thom. sentit. Amplius vt locus circũscriptiuus est diuisibilis cũ sit locati diuisibilis, ita locus definitiuus est indiuisibilis, cum sit locati indiuisibilis vt colligitur lib. i. de aia tex. com. lxx. Anima rationalis igitur separata est i loco definitiuo per præsentiam finitam, cum sit existẽtiæ finitæ, cognoscitur autem esse in loco per operationem transeuntem, ita tamen ꝙ si etiam nõ operaretur, adhuc foret in loco propter finitatem existentiæ præsentis ita ibi ꝙ non alibi. Sed modo rursus ambigitur cum anima rationalis separata sit i loco in qua parte vniuersi sit locata. Respõdetur ab Alberto, ꝙ anima separata est in stella compare, vt iouialis in stella iouiali. Sed vt dictum, cum anima rationalis nec propter sui perfectionem, nec propter stellæ, ibi sit, sic existeret otiosa, nec similitudo loci sufficit ad otiositatem locationis vitandam. Item Aristoteles in theol. libr. ix. cap. attribuit proprias animas stellis & inseparabiles quare istæ superfluunt illis. Quare melius dici potest ꝙ cum triplex sit orbis apud Aristotelem in theologia mystica libro. xi. cap. iii. & iiii. & libro. xii. cap. xx. quidam infimus & subcelestis, quidam medius cælestis: quidam autem supernus ac supercælestis, qui est extra supremum cælum vt colligitur ex primo etiam de cælo tex. com. c. & a Platone in phædro. Animæ igitur rationales maxime probæ, cũ separantur sunt in orbe superno apud Aristotelem in tota theologia, ꝑcipue libr. xii. cap. xiii. & libro. xiiii. cap. ii. xiiii. & xv. libro autem. ii. cap. vii. & libr. ix. cap. iiii. &

lib.xiii.cap.iiii. & ibi speculando deum fiunt beatę, vt dicitur libro etiam theologiæ.xii.cap.xxii. Animæ autem vitiosæ non statim ascendunt ad orbem supernum, vt dicitur in theologia libro primo cap.iii. sunt enim factæ quasi corporales, vt Philoponus dixit: & patet in theologia libro eodem ac capite, quare verisimile est vt subsistant aliquo tẽpore in regione sublunari, vbi satis luũt pœnas, priuatione speculationis diuinæ, nam tales ignorant se ipsas, vt dicitur lib. vii.cap.x. quapropter etiam nequeunt intelligere deum, vt dicitur libr.x. cap.xv. theologiæ. Præterea hæ animæ adhuc appetitu conuersæ ad inferiora desiderant ea, nec potiuntur, quare sic etiam affligunt quadãtenus, animæ autem contemplantes deum agunt sine omni labore vt dicitur lib. vii.cap.x. Neq; autem est absurdum q; animæ rationales sint in eodẽ orbe superno cum intelligentiis, adhuc.n. gradu loci differunt, sicut & aliæ intelligentiæ nõ motrices orbis superni, inæquales nobilitate sunt in illo loco cõmuni sed situ impari distinctæ. Apud Platonem autem quidam collocant animas in regione sublunari ignis synceri, quoniam inquiunt habent vehiculum coæternum, ne detur penetratio corporum, sed hoc Platoni non videtur conuenire, vt patet in phædro, nec penetratio corporum est impossibilis apud Platonẽ maxime subtilitatis dote insignitorum, quale est vehiculum apud eum animæ rationalis, præcipue heroicæ, sicut apud theologos corpus beatificatum, & Auerrois lib. viii. phy. c. lxxxii. videtur concedere penetrationem corporum subtiliũ.

¶Obiectio vigesima secunda. Cap. xliiii.

Argum̃ [illegible] motu [illegible] mouetur [illegible] corpori

AMplius si anima rationalis sit immortalis. Necessarium est eam esse mobilem per se localiter, siue delatilem, qđ est multipliciter improbatũ ab Aristotele libro primo de anima, contra Democritũ tex.com.xxxviii. & cõtra Xenocratem tex.com.lxvi. Rursus libro.vi. phy.tex. com. lxxvi. ab Aristotele probatum est nullum indiuisibile posse moueri, anima autem maxime rationalis est indiuisibilis vt probatum est. Consequentia autem argumẽti deducitur, quoniam vt ipse Aristoteles ait lib.i. de anima tex.com.xli. contra Democritum & Pythagoram, anima recedendo a corpore per separationem mouetur. Amplius si anima rationalis sit immortalis, fuit etiam ab æterno, vt postea cap.iii. probabitur. Si vero anima fuit ante corpus, igitur per motũ localem delata vnitur corpori, quod etiam patet per dictum Aristotelis in libro secundo de gene. cap. iii. qui ait animam rationalem extrinsecus accedere in corpus: q; est secundum motum localem deferri. Rursus quoq; probatur ratione omne q; secundum locum aliter se habet nunc quam prius mouetur secundum locum, sed anima rationalis (si est immortalis) aliter se habet secũdum locum nunc quam prius, ergo anima rationalis mouetur secundum locum. Propositio maior patet ex ratione motus generali, quæ contrahitur ad specialem, lib.v. phy. minor autem etiam constat quia anima rationalis prius erat in orbe superno, modo autẽ est i orbe ifimo. hæc obiectio fit ab Aristotele libr.i. theologiæ mysticæ cap.ii. & soluitur, illic & alibi.

¶Solutio. Cap. xlv.

HOc argumentum aduersus Platonem nullum est quoniam facile cõcedit animam rationalem moueri, apud Aristotelem quoq; facilius soluitur q̃ aliqui putant, & dupliciter, vno modo dicendo q; anima rationalis non est in loco, atq; ita sine motu locali opatione vz fit præsens & absens

a corpore

a corpore animato, & hanc solutionẽ reddit Aristoteles ipse libro primo theologiæ mysticæ cap.ii. de anima vniuersali, & de anima rationali particulari & in lib.xiiii. cap.v. nec enim ait substantia mere intellectualis habet motum localem, nec diuellitur vnquã a loco seu mundo superno, neq; alio accedit cum non habeat locum, ad quem transferatur, nec est per substãtiæ præsentiam in corpore animato inquit anima particularis sed extra, sed est in eo infundendo .s. vitam seu intellectum patibilem idolum suum vt in lib.xiiii. cap.v. explicat, & lib.iii. cap.vii. & iuxta hoc anima rationalis particularis dicitur ab Aristotele moueri tum secundum affectum tum secundum effectum, siue operationẽ, modo ad orbem supernum, modo ad infimum, & dicitur accedere corpori & hæc responsio est consentanea reliquis Aristotelis placitis lib. primi de aia, & lib.vi. phy. ¶ Aliter rursus obiectio soluitur, q͏ sicut anima rationalis habet locum definitiuum appellatum, sic habet motum definitiuum appellãdum, atq; ita soluuntur obiectiones omnes, quæ tantum probant q͏ anima non habet motum localem ad locum superficiarium circũambientem. ¶ Præterea etiam respondetur q͏ si Aristotelis exploretur sensus diligẽter libro primo de anima non simpliciter ibi negat animam, & a se ipsa moueri, sed arguens contra Xenocratem qui dicebat animam esse vnitatem vel numerum ex vnitatibus cõpositum, negat animam cum sit indiuisibilis in partem mouẽtem & motam, posse moueri ex se primo, sic.n. vii. libro. phy. tex. primo, & viii. libro probat q͏ nihil potest moueri ex se primo, hoc autem contingeret in anima si moueret se ipsam, cum sit indiuisibilis, vnde ratio illa non concludit simpliciter, sed ad hominem ex datis ab eo, cum hoc autem stat q͏ anima sit mobilis per se & a se, quia subsistit, & habet partem virtute motam & partem mouentem. ¶ Similiter quoq; Aristoteles nõ probat aduersus Democritum & Pythagoram, q͏ anima simpliciter non moueatur, sed q͏ non omnis anima moueatur ex se libere ingrediendo corpus, & egrediendo vt illi dicebant velut exponit Themistius, tunc.n. sequeretur, q͏ omnia animalia possent resurgere: & q͏ omnis anima subsisteret ac foret immortalis, q͏ vtrunq; est absurdum apud Aristotelem, nec.n. Aristoteles simpliciter reditum anime abhorret sed cuiuslibet. ¶ Ad illud etiam lib.vi. phy. dici posset q͏ Aristoteles ibi negat indiuisibile quale est punctum moueri motu continuo & causare lineam vt Democritus aiebat, nõ autem probat indiuisibile nullo modo moueri, anima autem rationalis si mouetur, mouetur motu locali discontinuo, neq; est impossibile q͏ aliquis motus localis sit discõtinuus, nam etiam apud Auerroem lib.viii. phy. tex. com. xxii. motus localis rectus est discontinuus & fit per vbi minima vt alteratio per partes minimas qualitatis, & auctio per partes minimas quantitatis physicæ atq; hoc colligitur ibidem ex littera Aristotelis. Neq; omnis motus sed continuus dicitur esse diuisibilis in infinitum ab Aristotele libr. vi. phy. atq; non omnem motum sed continuum componi ex momẽtis seu mutatis est ipossibile apud Aristotelẽ, motus autem discontinuus componiẽ ex momẽtis, & si motus cõtinuus cõstaret ex momentis & tempus cõtinuũ cõstaret ex instantibus, nõ autẽ sequitur q͏ si motus discontinuus cõstet ex momẽtis, q͏ tẽpus cõtinuum, sed q͏ tantum discretum cõstet ex instantibus, qđ est proportionatum metrũ, sicut diuus Augustinus scribit ac diuus Thomas admittit in quolibettis.

¶ Obiectio vigesima tertia. Cap. xlvi.

PRæterea si anima rationalis sit immortalis, destruitur ratio qua sæpe Aristoteles arguit contra idæas, vt patet lib.i. metaphysicæ tex.com. xxxi. &

xxxiii. &.xxxv.&.xxxviii.Item lib.iii.metaphy.tex.com.xv.& libr.xiii. cap.v. ¶ Sic omnis substantia quæ est forma essentialis compositi corruptibilis est corruptibilis, sed anima rationalis est substantia quæ est forma essentialis compositi corruptibilis, ergo anima rationalis est corruptibilis. ¶ Propositio maior colligitur ex eo ꝙ Aristoteles assumit contra idæas in locis citatis, ꝙ nulla substãtia æterna & incorruptibilis est forma compositi corruptibilis. ¶ Et probatur ex eodem in lib.i.de cælo tex.com.cvii.contra Anaxagorá, in omni corruptione substantiali nãq; oportet aliquam substantiam corrumpi vt ibi ait, nec.n. sufficit partium dissolutio sola, & cum materia nõ corrumpatur vt dictum est libro primo phy.tex.com.lxxxii.necesse est vt forma substantialis corrumpat. ¶ Propositio minor postea probabitur lib.v.v3 ꝙ anima ratiõalis sit forma substantialis hominis & Aristoteles assumit eá lib.x.ethi.cap.viii. & libr.ix.cap.x. ¶ Amplius omnis forma mobilis motu cõpositi corruptibilis, est corruptibilis anima rationalis est mobilis motu compositi corruptibilis, ergo anima rationalis est corruptibilis. Propositio maior est Auerrois libro primo de aĩa com. lxiii.& patet nam talis forma est substituta a materia subiecta per quam mouetur. ¶ materia enim & forma sunt sibi inuicem causæ, vt dicitur libro primo phy.com.lxx.& lib.ii.com.xxx.quare omnis forma constituens materiam est cõstituta a materia & sic est corruptibilis, qua rõne patet ꝓpositio maior syllianis. Minor huius sylli secũdi patet lib.ii.top.cap.x.& lib.viii.phy.com.lii.

¶ Solutio. Cap. xlvii.

AD hanc rationem dicitur, ꝙ Aristoteles arguit contra idæas a Xenocrate interpretatas, solas constituere singularia, vnde propositio assumitur ab Aristotele, ꝙ nulla substantia incorruptibilis sola est forma substantialis compositi corruptibilis. ¶ Apud Aristotelem autem, anima quidem rationalis incorruptibilis est forma substantialis compositi corruptibilis, sed non sola, verum vna cum anima sensitiua, & intellectu patibili, vt dictũ est antea capa suo. ¶ Ad rationem autem ꝙ omnis forma constituens materiam est constituta & sic corruptibilis, negatur. ¶ ad probationem, ꝙ materia & forma sunt inuicẽ causæ hoc etiam ꝙ sit semper negatur autoritate Alberti, & dicitur ꝙ materia & forma sunt potius concausæ vt Themistius exponit.s.compositi, q̃ inuicem causæ, nec Aristoteles dixit ꝙ sint inuicem causæ, sed ꝙ inuicẽ referũtur lib.ii. phy.tex.com.xxvi.Item dicitur ꝙ materia est causa secundum quid animæ rationalis, v3 pro tempore. ¶ Ad aliam obiectionem dicitur, ꝙ duplex est forma mota per accidẽs motu subiecti, quædam late vt colligitur ex auerroe lib.viii. phy.com.lii.& talis est quæ non constituitur a subiecto, quadamtenus tamen mouetur moto subiecto, quatenus format illud, atq; hæc forma non est corruptibilis nam & anima cæli hoc etiã modo mouetur moto cælo iuxta auerroem ibidem. Quædam item est forma anguste mota moto subiecto, quia cõstituitur a subiecto, & talis est corruptibilis quia est constituta a subiecto. Posset iterum dici ꝙ forma dupliciter constituitur a subiecto, quædam simpliciter & hæc est corruptibilis corrupto subiecto simpliciter sustinente, quædam autem constituitur seu melius sustinetur secundum quid a subiecto, & talis nõ est corruptibilis, quatenus corrupto subiecto subsistit, & anima rationalis ẽ huiusmodi v3 vel nullo modo constituta vel sustenta a subiecto, vel tantum sustenta secundum quid & pro tempore, quare non mouetur per accidens (nisi late) moto subiecto, & sic est incorruptibilis. Auerrois aũt sentit ꝙ oĩs forma mota

per accidens simpliciter & anguste, moto subiecto, quia simpliciter constituitur ac sustinetur a subiecto, sit corruptibilis subiecto corrupto.

¶Obiectio vigesima quarta. Cap. xlviii.

Rursus arguitur, ꝙ si anima rationalis foret imortalis aut appetitus naturalis foret otiosus, aut resurrectio foret possibilis apud aristotelem, quorum vtrūq; ab eo improbatur. Primum quidem libr. ii. metaphy. com. primo teste auerroe. Secundum autem libro primo de anima tex. com. xli. & lib. ii. de gene. tex. com. lxx. ¶Consequentia autem quo ad partem primā deducitur, nam anima rationalis cum sit pars speciei humanæ, ex consequenti extra totum est imperfecta, quare appetens perfectionem, appetit quoq; vniri corpori, ꝙ autem omnis forma sit pars speciei, cuius est forma colligiť ex aristotele libro primo metaphysicæ tex. com. ix. ꝙ item omnis pars extra totum sit imperfecta patet ex motu naturali ad totum, vt scintillæ ad ignem elementarem, & guttæ ad aquam. ¶Consequentia item deducitur quo ad partem secūdam, quoniam si anima rationalis vniatur materiæ, redibit idem homo: cū sit eadem forma, quæ est principium, vnitatis indiuidui, vt patet libro secūdo de anima com. ix. & lib. iii. phy. com. lxviii. & lib. i. de gene. com. xxxviii. & libr. x. metaphy. com. l. atq; ita forma est principium identitatis, hoc autem est, animal resurgere cum idem homo redeat.

¶Solutio. Cap. xlix.

AD hanc obiectionem breuiter respondetur, quod nō omnis pars est imperfecta extra totum, maxime pars essentialis quæ est forma, maxime item subsistens qualis est anima rationalis, nam forma substantialis est perfectior composito, vt diciť lib. ii. phy. com. iiii. & n. sola forma est essentia tota eminenter, vt dicitur libro. vii. metaphy. com. xxxiiii. ab auerroe, & Themistius explicat lib. iii. de anima cap. xxvii. & colligitur ex aristotele lib. primo de cælo tex. com. xcii. vbi dicitur ꝙ forma cæli est cælum, &. x. ethic. cap. viii. vbi dicitur ꝙ vnumquodq; est pars sui potissima, atq; ita homo est anima rationalis vt dicit Plato in alcibiade. ¶Præterea anima separata est perfectior q̄ cōiuncta vt colligitur ex libro primo de anima tex. com. xlix. & aperte dicitur in theologia libro. ii. cap. v. & libro. vii. cap. v. & libro. ix. cap. ii. & libr. xiiii. cap. iiii. & vi. immo anima separata est homo proprius ac verus vt ibidem dicitur libro. xiiii. cap. iiii. quare nō oportet vt propter imperfectionē appetat reunionem ad corpus, ꝙ si alio appetitu cupiat reuniri, reunitur i altera periodo mūdi vt dicetur cap. lv. quare appetitus ille non frustrabitur, nec si frustrareť esset absurdum, cum non sit appetitus naturalis, nec si reuniatur fiet resurrectio, cū non redeat eadem anima sensitiua & eadem cogitaria siue itellectus patibilis, & quando plures formæ constituunt vnum indiuiduum, identitas vnius non sufficit ad identitatem indiuidui.

¶Obiectio vigesima quinta. Cap. l.

AMplius si aīa rōnalis foret imortalis, foret substātia subsistēs: atq; ita esset forma tm̄ assistens ac nō formās substātialiter, ꝙ est impossibile vt diceť cap. suo lib. v. Cōsequētia prima deduciť, qm̄ indepēdētia formæ a materia infert subsistētiā, ita ꝙ si forma non cōstituiť a materia subsistit, cōsequē-

Argum de resurrectione.

tia autē secūda etiā probaf q̄m si forma subsistit non format substantialiter, vt colligitur ex Aristotele lib.i.metaphysicæ tex.com.xxxiii.& lib.vii.tex. com. xx.& lib.xiii.cap.v.qui hoc vt principio vtitur cōtra idæas subsistentes.

¶Solutio. Cap. li.

AD hoc argumentum breuiter respondetur negando ꝙ anima formans subsistat actu,tunc.n.dicitur ꝙ non subsistit actu,sed inexistit secundum quid tamen solum.Substantia autem actu subsistens non est forma substantialis sic Aristoteles intellexit,& eius ratio procedit cōtra idæas,quæ semp subsistere dicebantur a suo autore. Et si autem anima rationalis formans non subsistat actu,subsistit tamen potentia, nec est absurdum ꝙ vna substantia habeat duos modos essendi oppositos,sed non simul,sic etiam non est impossibile ꝙ aia rationalis sit aliquid hoc seperata, sit autē aliquid quo cōiūcta: sicut pars quātitatiua minima physice subsistit sepata, inexistit aūt cōiuncta in toto.

¶Obiectio vigesima sexta. Cap. lii.

PRæterea si anima rationalis sit incorruptibilis est etiā ingenerabilis apud Aristotelem,ꝙ tamen est falsum, secundum eundem, nam tunc anima rationalis præcederet materiam.Forma autem non præcedit materiam vt dicitur lib.xii.metaphysicæ tex.com.xvii.Cōsequētia deducif ex libro.i.de cælo tex.com.cxxxvii. vbi dicif ꝙ oē incorruptibile est,ingenerabile,respondetur a diuo Thoma,ꝙ ois substantia corporea incorruptibilis est ingenerabilis,non aūt ois substātia incorruptibilis est ingenerabilis.Contra,si hæc propositio vniuersalis oē incorruptibile est ingenerabile patitur instātiā, & exceptionem illa erat apponēda,secūdū eius regulam in topicis & elenchis,maxime in loco vbi diligentissime propositio examinatur,& in contradictione,ad cauillationes præcidendas,vt pcipif in elenchis.Amplius rationes quibus propositio huiusmodi probatur,sunt vniuersales fundatæ in ente simpliciter.Conclusio autem eo modo intelligēda est quomodo sequitur ex propositionibus vt traditur regula libro primo priorum analyticorū ac posteriorū lib.etiā primo vz ꝙ cōclusio limitata ex propositionibus limitatis,& illimitata ex propositionibus illimitatis.Præterea,si aia præextitit corpori,debuit Aristoteles quærere cur non reminiscatur eorū quæ prius intelligebat,sicut libr.i.tex. com.lxvi.ac tex.com.xx.secūdo de anima assignat ratiōnē cur nō reminiscaf post mortē. ꝙ tñ nuſq̄ facit,nec.n.aia rōnalis,si est æterna ante, præextitit non intelligēs. Item si aia rōnalis præextitit corpori aiato:itellectus possibilis vnitus puero nō est tanquā tabula rasa,contra Aristotelē libr.iii.de anima tex.com.xiiii.& Platonem in philebo.Consequentia patet quia non præexistit absq̄ pintellectione,nec præintelligit absq̄ speciebus.

¶Solutio. Cap. liii.

AD hāc obiectionē df,ꝙ aia rōnalis est igenita apud Aristotelē.i.æternā ante,vt Themistius scribit lib.iii.de aia cap.xxx.&.xxix. & Theophrastus auditor Aristotelis adscribit Aristoteli libr.ii.sui epitomatis de aia, hoc idē quoq̄ Aristoteles ipse indicat in Eudemo,& innuit lib.iii.de gen.aiali. cap.iii.innuens aiam tāquā subsistentē præexistere corpori & accedere i illud hoc aūt apertius in theologia explicat lib.i.cap.iiii.& lib.ii.cap.x.ac libr.xiiii.

cap.iiii.ad improbationē autē, ꝙ tunc forma ꝑcederet materiā, concedo nec istud est absurdū vt etiā Themistius ait lib.i.de aīa cap.xxii.& in theologia lib. ii.cap.x.hoc facile cōcedit,ad Aristotelis dictū lib.xii.metaphysicæ tex.com. xvii.dicit,ꝙ assignans differentiā inter causam agentē & formalē, ait ꝙ semp agens præcedit materiā non semp aūt forma præcedit materiā : neq; aūt dicit ꝙ nulla forma ꝑcedat materiā vt cōstat ex littera,atq; hoc illi sufficit ad dfiam inter illas duas causas assignandā. Ad aliā rōnem dicitur ꝙ imo Aristoteles ait in theologia lib.ix.cap.iiii.ꝙ aīa rōnalis reminiscitur superne intellectorum, vt & Plato dicit in phædone,sed ea reminiscentia non comunicat homini,& si comunicet non vt reminiscentia homini sed vt noua intellectio, vel nō apparet reminiscentia propter interuallum multum obliuionis,sicut etiam fit in aliis diutius oblitis cum redis cunt. Ad aliud dicit ꝙ aīa rōnalis siue intellectus possibilis est vt tabula rasa siue melius non scripta.i.non habet ex se species intelligibiles sed ab intellectu agente,vt Theoph.& Theod.pris.exponunt.

¶Obiectio vigesima septima. Cap. liiii.

POstremo obiicitur ꝙ si aīa rationalis sit immortalis esset multitudo infinita actu,ꝙ est improbatum ab Aristotele lib.iii.phy.tex.com.xli.& lib. xi.metaphysicæ cap.ix.& lib.xiii.cap.v.Consequentia autem deducitur quoniam aīæ rōnales sunt numeratæ ad numerationē hominum,vt probabit lib.v.& mundus est æternus apud Aristotelem lib.viii.phy.& libro primo de cælo,ac lib.xii.metaphysicæ:& lib.ii.de gen.animal.cap.primo, neq; homo generatur æquiuoce libro.viii.phy.com.xlvi.quare homines semper fuerunt vt & in libro de gene.animal.dicit secundo & cap.primo.Homines nāq; sunt ad integritatem vniuersi,cum sint animalia perfecta,immo homo est paruus mundus vt dicitur libr.viii.phy.com.lvii.nec datur reditus animarum in corpora libro primo de anima tex.com.xli.Ergo ex ifinitis hominibus iam defunctis sunt infinitæ animæ rationales superstites.

¶Solutio. Cap. lv.

HAec ratio hactenus difficilis putata est etiā a diuo Thoma, sed a nobis facile soluitur & dupliciter vno modo, concedendo consequentiā & consequens,ad improbationē autē dicitur vt patet ex ipso Aristotele lib.ii.phy.textu adducto,ꝙ infinitas multitudinis in actu,in rebus materiæ cōcretis,est impossibilis in rebus aūt abstractis non est impossibilis & hanc quæstionem alibi fore terminandā v3 in metephysica,promisit in physica Aristoteles sed nullibi eam terminauit aperte,semper etiam in metaphysica probat multitudinem rerum materialium esse finitā,& Themistius atq; Auerrois lib. iii.phy.aperte exponūt multitudinem finitam rerū materialium ab Aristotele tantum concludi,atq; ita Algazel quoq; in sua metaphysica concedit infinitatem in rebus abstractis maxime per accidēs coordinatis.Sed huic obiicit Auerrois in Antilogia Algazelis d.i.d.vii.ꝙ tunc infinitum reciperet additionem, siquidem cotidie infinitæ multitudini animarum superstitum,accedūt nouæ animæ defunctorum.Sed hoc facile soluit:quandoquidem multitudo infinita animarum non est infinita simpliciter,sed tantum secundū quid,& vt infinita multitudo annorū secundū quid,recipit additionē,sic animarum.Sed rursus ab eodē obiicitur ꝙ tūc etiam,pars esset æqualis toti,siquidem ambo infinita,

infinita autem sunt æqualia: at pars semper est minor toto, vt dicitur libr.i.de cælo.com.xlvii. Dicitur, negando ꝙ omnia infinita sint æqualia, vt infinita multitudo dierum est maior infinita multitudine annorum. Altera responsio est, ꝙ multitudo animarum rationalium sit finita, nam vt colligitur ex libr.i. phy.tex.com.l.& libro primo de cælo, vitanda est infinitas vt superflua, quando finitas sufficit. Ad probationem ꝙ si animæ sint immortales ꝙ sequitur vt sint infinitæ, negatur consequentia, & ad hanc vnum assumptum vz ꝙ reditus animarum sit impossibilis etiam negatur, immo dicitur ꝙ est possibilis, ex Aristotele in theologia lib.xiii.cap.viii. talis autem fit solum in magna annorũ mundi periodo, vt posuit Plato quam periodum concedit aperte Aristoteles lib.i.meteororum cap.xiiii.& fit animarum reditus secundum iussum.i.prouidentiam Dei, vt dicitur in theologia libro primo cap.v.ac secundum legem cælestem seu fatum, vt dictum est prius cap.ii.eiusdem libri primi, & sic Philoponus in libro secundo de gener. confirmat etiam ex sententia Alexandri. Ad improbationem autem reditus animarum ex Aristotele adductam, respõdet, ꝙ Aristoteles libro primo de anima negat contra Democritum & Pythagorã reditum omnium animarum vt illi afferebant in corpora. Item immediate vt eum aĩa exit ex vno corpore, ꝙ statim ingrediaꝶ aliud. Sed rursus huic obiicitur ꝙ aristoteles lib.ii.de gen.tex.com.lxx.negat eundem hominem posse redire, ꝙ tamen contingeret si eadem anima rationalis rediret in corpus. Dicitꝶ ꝙ id non sequitur, quoniam & si eadem anima rationalis redeat, non tantum redit eadem anima sensitiua, nec redit idem intellectus patibilis, quæ formæ simul integrant indiuiduum cum anima rationali. Et si rursus obiiciatur ꝙ aĩa rationalis est homo, quare redit idem homo, respõdetur, ꝙ redit idem homo formalis, sed non materialis de quo aristoteles loquiꝶ.ii.de gene.lib.in fine.

LIBER QVINTVS.

¶Quot modis dicitur intellectus. Cap. Primum.

OBiectionibus circa opinionem aristotelis discussis ac solutis, consequẽs est vt ad eius opinionẽ etiã afferendã accedamus. Quoniã vt auerrois ait lib.iii.de aĩa com.xix. Opinio vera putanda est esse aristotelis, pĩcipue vbi nõ cõstet contrariũ p eius verba exp̃ssa, vel repugnãs alibi positis, ꝙ.n. aliquis autor scribit putandus est sentire, dicit Themistius libro primo de aĩa cap.xx.aristoteles nãq; est regula humanæ sapientiæ, vt auerrois ibidem testaꝶ ac in meteoris, & in algazelem, ad id igitur præmittenda sunt, quæcunq; præstant opportunitatem. Quorum vnum est quot modis intellectus dicitur, nã anima rationalis de cuius immortalitate est quæstio vel est intellectus, vel cõstat ex intellectu, multiplex autem est distinguendum in philosophia ne faciat ambiguitatem, vt dicitur lib.i.de cælo tex.com.ci.& in top.atq; elenchis. Imprimis igitur intellectus dicitur de intellectu agente lib.iii.de anima tex. com. xvii.& hic intellectus vocatur simpliciter propter excellentiam libr.primo de anima tex.com.lxv.apud quosdam, & lib.ii.de anima tex.com.xxi.appellatur item intellectus agens intellectus speculatiuus libro secundo de anima textu com.xxii.& a Themistio libro tertio de anima cap.xxxii. ac.xxxvi. quoniam nunquam est practicus, & quia versatur circa maxime speculabilia, videlicet substantias abstractas, Item quia intelligit speculando, idest sine discursu, vt Themistius exponit libro tertio de anima cap.xxvi. nominatur item a quibusdã intellectus separatus lib.iii.de anima tex.com.xx.qa ex hiis quæ homini

Arist. [illegible] ex [illegible] cap. 4. et p. lib. [illegible] cap. 5. et in lib. 13. cap. 4.

[illegible] 2 ratio

[illegible]

sol. vide [illegible] 2. de [illegible] Philoponum

adsunt substantiis est ipse maxime separatus, vt Themistius ait lib.iii. de anima cap.xviii. Rursus intellectus dicitur de intellectu possibili libr.iii.de anima tex. com.v.ita autem nominatur, quia est potentialis. Et.n.is vt Themistius dicit lib.iii.de anima cap.xvi.trãsit ex potentia in actum, vnde etiam appellatur intellectus materialis ab auerroe lib.iii.de anima com.xxv.& colligitur ex aristotele tex.com.xvii.vbi dicitur ꝙ intellectus possibilis est vt materia agentis. Hic autem intellectus non dicitur intellectus simpliciter sed animæ libro.iii. de aĩa tex.com.v.& est intellectus vocatus.i.secundum nuncupationem, ibidem ac lib.ii.de gene.animal.cap.iii.maxime comparatu intellectus agẽtis. Amplius intellectus possibilis dicitur intellectus opinatiuus lib.iii.de anima tex. com.v. nam & opinio maxime vniuersalis inest intellectui possibili. Vocatur item logismus.i.ratiocinatiuus lib.ii.de anima tex.com.xxxii.qa principaliter discurrit, appellatur etiam intellectus discretiuus.i.diiudicatiuus ꝙ discurrendo facit lib.iii.de anima tex.com.lxi. Præterea nomen intellectus transfertur ad intellectum patibilem, inquit Themistius libr.iii.de anima cap.xvi. & colligitur ex aristotele lib.iii.de anima tex.com.xx.&.xlvii.ac libr.primo tex. com.lxvi. & vocatur Dianoitica anima lib.iii.tex.com.xxx. quasi subintellectiua, & phantasia.i.imaginatiua deliberatiua libr.iii.de anima tex. com.lvii. intellectus cõis & permixtus appellatur a Themistio lib.iii.de anima cap.xv.& affectus rationalis cap.xxvii.quia sit particeps rationis per vnionem ad intellectum possibilem, cogitaria ab auerroe lib.iii.de anima com.xxxiii.phãtasia & opinaria sed & cogitaria a Platone in philebo, & per hunc intellectum patibilem, intellectus possibilis vnitur homini: inquit Themistius lib.iii. de anima cap.xxii. & per hunc etiam homo differt a bruto, secundum auerroem libr.ix. de anima com.xx.vnde per hunc intellectum homo est homo sed imperfectus, & per hunc intellectum homo est supremus gradus sensitiuorum etiam circũscripto intellectu possibili, vt habetur libr.ii.de anima tex. com.xxii. Amplius dicitur intellectus speculatiuus, inquit auerrois libro.iii.de anima com.xx. intellectus possibilis nactus habitus scientiarum præsentes, intellectui patibili inexistentes vt ibidem dicitur, sic autem nuncupatur, quia intellectus per eum potest speculari qñ vult. Rursus appellatur intellectus adeptus intellectus agẽs vnitus vt forma possibili, vt colligitur. com.v. apud auerroẽ lib.iii.de anima.

¶ Quid & quotuplex intellectus agens. Cap. ii. *quid sit intellectus Agens varie sunt opiniones*

De intellectu agente quid sit multæ extant opiniones, imprimis igitur vna est alexandri: ꝙ intellectus agens sit Deus, & hæc opinio videtur colligi ex aristotele tex.com.xviii.lib.iii.de anima, vbi ait ꝙ itellectus agens est omnium factor: talis autem est proculdubio ipse Deus. Sed quãuis Deus possit vocari intellectus agens, quatenus, vt dicitur lib.iii. rethoricæ accendit Deus lumen animæ nostræ, & sic videtur Themistius concedere libro tertio de anima cap.xxxii.ꝙ sit vnus intellectus agens illuminans & nõ illuminatus similis Soli apud Platonem in sexto libro de repub.& is est deus, tamen ille intellectus agens de quo aristoteles loquitur libro tertio de anima textu coment.xvii. &.xviii. non est Deus, cuius signum est ꝙ non luci nec Soli sed lumini comparatur illic ab eo, vt Themistius animaduertit, ad rationem autem adductam, respondetur secundum Themistium, ꝙ intellectus agens dicitur facere omnia non simpliciter sed intelligibilia, vnde ait est similis Deo quadamtenus. Altera item est opinio vt recitat Themistius libro tertio de anima cap. xxxi. ꝙ intellectus agens sit notio naturalis dignitatum

Op. Alex. quod sit deus

quæ habet occasionem ex littera Aristotelis tex. com. xviii. quatenus dicitur esse habitus. Sed & quamuis hæc notio dignitatum possit dici intellectus agẽs, quoniam habitus principiorum vocatur intellectus ab Aristotele libro primo posteriorum, & quatenus agit intellectionem conclusionis sit agens, quare sit intellectus agens, a prædicatis diuisis ad composita, tamen ille intellectus agẽs de quo Aristoteles loquitur libro. iii. de anima tex. com. xvii. ac. xviii. non est habitus principiorum, sed est substãtia quædam intellectualis vt cõstat tex. com. xix. ac dicitur agens respectu possibilis, quem illustrat, non comparatu conclusionis: vt patet tex. com. xvii. siquidem in intellectu possibili agit notiones abstrahendo obiecta, vocatur autem vt habitus ab Aristotele. i. forma cohabita siue inseparata vt postea declarabitur. Tertia opinio est Alberti, quod intellectus agens sit lumen ipsum naturale intellectus, & accipit hæc quoque occasionem ex littera, quatenus ibi intellectus agens comparatur lumini ab Aristotele libr. iii. de anima tex. com. xviii. sed quamuis lumen naturale intellectus possit dici intellectus agens, quia est principium actiuum intellectionis, tamen apud Aristotelem non est ille intellectus agens de quo ipse loquitur libro. iii. de anima tex. com. xvii. talis. n. dicitur agens respectu intellectus possibilis tanquã materiæ & patientis, quod lumini non conuenit, non. n. lumen est causa actiua sed concausa passiua intellectus possibilis cum sit dispositio eius, dispositio autem causæ est concausa eiusdem generis, secũdum Auerroem lib. iii. metaphysicæ tex. com. ii. Præterea intellectus agens dicitur ab Aristotele substantia libr. iii. tex. com. xix. & separatus, ac nobilior, simpliciter intellectu possibili, & semper actu intelligere, quarum conditionum nulla conuenit lumini naturali intellectus possibilis, similiter neque conuenit habitui principiorum, neque autem intellectus agens dicitur lumen intellectus possibilis ab Aristotele, sed sicut lumen, & declarat nam vt lumen coagit colori vt videatur, sic intellectus agens coagit obiecto vt intelligatur. Quarta est opinio multorum theologorum, quod intellectus agens sit quædam virtus animæ rationalis actiua intellectionis, & quod intellectus possibilis sit quædam alia virtus passiua eiusdem, sed quamquã hæc opinio sit in se ipsa probabilis, tamen non etiam videtur esse ad mentem Aristotelis lib. iii. de anima, ob rationes assignatas, nec. n. talis virtus est substantia nec est separata, nec intelligit semper actu, nisi impropriissime velint Aristotelem loqui. Quapropter Quinta est opinio Themistii ac Theophrasti vt refert ipse Themistius lib. iii. de anima cap. xxxix. & colligitur ab eo cap. xxvii. xxiii. xxiiii. xxv. quod intellectus agens sit substantia quædam itellectualis: ex qua vt forma & intellectu possibili vt materia constituitur anima rationalis, & quod intellectus possibilis sit substantia abstracta infima ac vltima, intellectus aũt agẽs proxima infimæ & penultima. Sexta est opinio quæ est aperta Aristotelis in tota theologia quod intellectus agens sit substantia abstracta deo proxima quæ est creatura prima, omnium aliarum rerum causa per virtutem tamen diuinam inditam, & quod est quasi verbum dei expressum, atque est præstantior anima mundi, & quod talis intellectus agens sit causa animæ rationalis vna cum Deo principali tamen autore, atque simul cum anima mundi, & quod est forma: non tantum causa agens, animæ rationalis, & inseparata, conseruans & cooperãs assidue, & huic consonat quod dicitur lib. iii. de anima tex. com. xviii. quod intellectus agens est omnium factor videlicet post Deum, hæc autem colligimur in theologia pluribus locis maxime lib. ii. cap. v. quod intellectus agens sit prior aliis creaturis & ibidem quod sit imediate productus a Deo, & quod sit præstãtior omnibus aliis creaturis cap. iiii. & quod sit velut species mẽtis diuinæ lib. x. cap. ii. quod sit creatura capacissima luminis diuini lib. x. cap. vi. quod recipiat influxum infinitum a deo lib. x. cap. iiii. quod sit

proximus

op. Arist. quid sit intellectus agens

proximus verbo diuino libro.x.cap.xi.ꝙ semper iungatur verbo diuino libr. x.cap.xv. ꝙ sit essentia perpetua libr.ii.cap.iiii. ꝙ sit essentia absoluta libr.xiii. cap.primo,ꝙ sit creatura suprema libr.x.cap.xix. ꝙ sit verbum dei expressum libro.x.cap.xv.Quod sit immobilis libro.x.cap.xvi.ꝙ sit immediatus deo lib. xiii.cap.primo,ꝙ sit causa omnium creaturarũ libr.x.cap.xvii.ꝙ habeat actionem similem libro.xiii.cap.i.& libro.x.cap.xv. Amplius ꝙ intellectus agẽs sit causa animæ rationalis patet libro.iii.cap.ii.non tamen prima sed post deum proxima libro.x.cap.v.ꝙ item sit forma animæ rationalis ac perfectio patet libro.x.cap.ii.ac.vii.& ꝙ intellectus agens exerceat mirandas operationes in anima rationali ope intellectus diuini lib.x.cap.xi.& ꝙ intellectus agens semp intelligit ac ꝙ intellectio est eius substantia,consentanee illi ꝙ dictum est libr. iii.de anima tex.com.xix.constat libro.viii.cap.iiii. & plura alia de intellectu agente,pulchra scitu in toto illo opere patẽt,quæ qui cupit intelligere, legat.

¶Quæ opinio Auerrois de intellectu agente. Cap. iii.

Quid sit intellectus agens sm Auerr.

OPinio Auerrois de intellectu agente est multifaria,aliquando enim videtur dicere intellectum agẽtem esse deum, pluribus in locis maxime autem libro.iii.de anima cap.xx.vbi dicit se conuenire cum Alexãdro in opinione de intellectu agente,& differre a Themistio. Aliquando item videtur opinari intellectum agentem,& intellectum possibilem esse duas substãtias æternas,vt libro.iii.de anima com.xviii.& partes animæ rationalis, vt ibidem quoniam eorum intellectuũ operationes isunt nobis, ꝙ &.c.v.ac.xxxvi. indicat.Præterea.c.xix.ait ꝙ intellectus possibilis est substantia abstracta isima, & ibidem innuit ꝙ intellectus agens sit intelligẽtia penultima.Rursus.c.xxxvi. scribit ꝙ intellectus agens,ac intellectus possibilis coniunguntur ita ꝙ intellectus agens est vt forma,intellectus autem possibilis vt materia in constitutione animæ rationalis.An autem intellectus agens sit eadem substantia cum intelligentia agente dicta ab Auerroe libro.ii.de anima tex.com.lix.coagere ad generationem animalium,& com.lx.ad sensionem animaliũ,& in libro de somno ad diuinationem futurorum,dubium est,tamen cum entia non sint multiplicanda sine necessitate,videtur esse eadem substantia, quæ maxime dicitur intellectus agens respectu hominis siue speræ humanæ,intelligentia vero agẽs respectu speræ sublunaris.Amplius Auerrois quandoꝗ videtur opinari intellectum agentẽ esse gradũ pfectionis in substãtia intellectuali, & intellectũ possibilem esse gradũ impfectionis,& sic apud eũ dr intellectus agẽs.i.actus, & intellectus possibilis.i.potentia,& hoc modo intellectus agens & intellectus possibilis,sunt in omni intelligentia citra primam vt cõstat lib.iii. de aia com.v.Sũt & qui putent intelligentiam superiorem vt obiectum vnitam inferiori vocari intellectum agẽtẽ,& inferiorẽ possibilẽ, qđ quãꝗ dici possit, tñ apud Auerroẽ non legiť,nã libr.xii.metaphy.com.xliiii.ꝙ intelligentia superior vt intellecta sit causa inferioris legiť,sed nõ ibi dicitur ꝙ intelligentia superior sit intellectus agens inferioris. Hæ autem opiniones in Auerroe inuentæ non repugnant, si nomen æquiuoce capiatur,quod fieri potest.

¶Quod intellectus possibilis sit forma substantialis hominis. Cap. iiii.

QVod intellectus possibilis sit forma substantialis hominis non tantũ assistens vt cooperans,sed formaliter constituens,hactenus dubitatum est a quibusdam,sed si peripatetici interpretes legant,minime

dubitandum est. Theophrastus. n. ac Themistius libro. iii. de anima cap. xxvii. xxviii. xxxi. xxxix. aperte decernūt ꝙ intellectus possibilis sit forma substātialis, Præterea hoc aperte etiā colligitur ex aristotele ipso lib. ix. ethi. cap. ix. & libr. x. cap. viii. vbi dicitur ꝙ potissimum in homine principium est ītellectus separatus, qui non potest esse patibilis, vbi auerrois vtrobiq; exponit intellectū esse partem principalem hominis, & existentiam hominis esse per intellectum, Itē colligitur ex libro. ii. de gene. animal. cap. iii. vbi aristoteles quærens a quo est forma vltima hominis qua homo est homo, respondet ꝙ intellectus ab agēte extrinseco accedit, & loquitur de intellectu separato, ac constituente formaliter hominem, alioquin non responderet opportune & pertinenter quæstioni propositæ de forma hominis constituente: & libr. iiii. de parti. animal. cap. ix. Amplius hoc aperte colligitur in tota theologia maxime autem libro. iii. cap. vi. vbi etiam dupliciter intellectus possibilis dicitur constituere hominem, tūc vt causa agēs intellectus possibilis siue patibilis idoli sui, qui est forma inexistēs hominis, tum vt ipse, forma subsistens potentia, & maxime forma animæ sensitiuæ vt dicitur lib. x. cap. vii. & ꝙ anima rationalis quæ est intellectus possibilis lib. x. cap. viii. sit forma hominis substātialis patet lib. x. cap. ix. & lib. xii. cap. primo, ac lib. xiiii. cap. iiii. Præterea ꝙ intellectus possibilis sit forma substantialis hominis probatᷓ ita ratione multiplici, imprimis, omnis actus est forma substantialis eius cuius est actus, sed intellectus possibilis est actus hominis, ergo intellectus possibilis est forma substātialis hoīs formaliter cōstituens. Propositio maior patet ex eo inquit diuus Thom. i opus. ꝯtra vnitatē intel. ꝙ oēs ꝯstituēs ens vnū cū materia, est forma substātialis vt cōstat ex Aristotele lib. viii. metaphy. tex. com. xv. minor hæc ꝓ syllꝭ patet ex Aristotele, vȝ ꝙ oīs actus ꝯstituat vnū ens, cū eo cuius est actus lib. ii. de aīa tex. c. vii. Rursus minor syllꝭ principalis vȝ ꝙ ītellectus possibilis sit actus hoīs, colligitᷓ ex Aristotele lib. ii. de aīa tex. co. xxx. maxime vt exponit Themistius cap. viii. Rursus oē principiū formale operādi operatione īmanēte, est principiū formale essendi. Intellectus possibilis est principiū formale operādi hoī opatione īmanēte, ergo ītellectus possibilis est principiū formale essendi hoī. Propositio maior patet libr. ix. metaphy. tex. com. xvi. minor aūt p expientiā, ac lib. i. ethi. cap. viii. vbi. dᷓ ꝙ rō est actus proprius hoīs. Itē ex Themistio lib. iii. de aīa cap. xxvii. & ex Auerroe com. v. xviii. xxxvi. Amplius oīs intellectus mobilis ab appetitu sensitiuo, cōstituit idē subiectū cū appetitu sensitiuo, intellectus possibllis est mobilis ab appetitu sensitiuo. Ergo intellectus possibilis cōstituit idē subiectū cū appetitu sensitiuo. Propositio maior patet in theol. lib. x. cap. vii. ex eo ꝙ forma subsistens ac tm̄ assistens, nō pōt moueri a forma materiali, minor habetᷓ lib. i. ethi. cap. viii. & lib. iii. de aīa tex. com. lvii. Amplius oīs substātia formalis cōtinuata hoī in principio generationis est forma substātialis, sed intellectus possibilis est substantia cōtinuata hoī in principio generationis. Ergo intellectus possibilis est forma substātialis hoīs, propositio maior est nota, quia talis forma non continuatur homini in prima generatione p opationē, quare relinquitᷓ vt cōtinuetᷓ illi per formationē, vt ēt patet Theophrasti ac Themistii autoritate lib. iii. de aīa cap. xxx. ac. xxxix. Propositio minor ē Themistii lib. iii. de aīa cap xxxvi. ac ēt Auerrois. com. xx. Rursus si intellectus possibilis nō esset forma substātialis hoīs. Cōsequentiæ factæ ab Auerroe. lib. iii. de aīa com. v. nō eēnt validæ, & ꝯsequēter nullius difficultatis nec quæsitu dignæ, vȝ si intellectus ē vnus, nō est ita ꝙ hō vt hō sit corruptibilis, Itē tu esses p eē mei, & ego essem p esse tui. Item esse rei præcederet esse eiusdē. Itē qñ ego acquirerē aliquam intellectionē, & tu acquireres eandem. Et quando perderē aliquā intellectionē & tu perderes eandem.

Quot modis anima rationalis dicatur. Cap. v.

Quoniam animi .i. animæ rationalis immortalitas quæritur, & quia ad sciendum quale aliquid sit expedit præscire quid sit vt colligitur ex libro secundo posteriorum, atque ex Boetio in arte definiendi quid sit anima rationalis est prædicendum, & cum animæ rationalis appellatio multiplex sit ad cognoscendum quid sit anima rationalis, præcognoscendum est quot modis huiusmodi nomen accipiatur. Nomen enim multiplex vt ex Porphirio colligitur prius est distinguendum quam definiendum, vt etiam Boetius exponit. Sicut igitur ratio capi potest pro ratione vniuersali, & sæpius ita capitur .i. intellectu possibili ratiocinatiuo vniuersaliter, & pro ratione particulari .i. intellectu patibili ratiocinatiuo particulariter, sic & anima rationalis potest summi pro intellectu possibili, & hoc modo dicitur in theologia lib. x. cap. viii. quod anima rationalis est intellectus possibilis, aliquando item anima rationalis sumitur pro intellectu patibili, quod rarius, vt ex Themistio colligitur libro. iii. de anima cap. xxxvii. ac. xxxviii. Præterea dicunt quidam vt Philoponus in libro iii. de anima quod anima rationalis potest capi pro anima integra constituta ex intellectu possibili & patibili, tanquam ex forma & materia. Hic tamen vnum non prætermittendum, quod intellectus patibilis non est ipsa anima sensitiua apud aristotelem, sed est idolum itellectus possibilis vniti animæ sensitiuæ vt colligitur ex eo in theologia lib. iii. cap. vi. & lib. x. cap. ix. nec enim intellectus patibilis est virtus sensitiua sed intellectiua & corruptibilis, hoc autem etiam ex aristotele colligitur libro secundo de gene. animal. cap. iii. vbi ait quod per animam sensitiuam fætui habitam: fætus est tantum animal, per intellectum autem patibilem est homo, quamuis inabsolutus, per intellectum possibilem perficiendus, ratio autem sic formatur nulla anima sensitiua constituit hominem vt homo .i. in specie hominis, sed intellectus patibilis constituit hominem in specie hominis, ergo intellectus patibilis non est anima sensitiua, maior est nota in libro de sensu, vbi dicitur quod animal est animal sensu, & in libro secundo de gene. anima. minor autem patet quia intellectus patibilis est forma substantialis propria homini, ex Themistio libro. iii. de anima cap. xxxii. & ex auer. com. xx.

Diff[erentia] inter intellect[um] patibilem et possibilem.

De numero intellectuum secundum Themistium. Cap. vi.

Quæstio est apud peripateticos non exigua, an intellectus sint numerati, & quod facit difficultatem est quoniam Aristo. lib. xii. metaphy. tex. c. xlix. assumit ad probandum formam primam esse vnicam, quod omnis forma immaterialis est vnica numero sub vnica specie, & lib. i. cæli tex. com. xcii. quod omnis forma numerata numeratur per materiam numeratam, & consequenter constituitur per eam, siquidem idem est principium vnitatis, & entitatis. Intellectus autem agens & possibilis est forma immaterialis, rursus dicitur in theologia lib. viii. cap. vi. rerum pluralitas numeralis est per materiam. Imprimis igitur Themistius ob hæc aristotelica dogmata dubius lib. primo de anima cap. xxiiii. quæstionem differt in aliud tempus, tamen ibi decernens, quod impossibile sit animam omnium animalium esse vnicam numero, sicut dicebant veteres quidam & quod sint plures vitæ siue animationes profluentes ab ea vt plura lumina ab vnica luce solari, tanquam non possit vnica forma numero formando constituere plura singularia quæ fuit ratio etiam aristotelis secundum albertum lib. iii. metaphy. tex. com. xiii. contra idæas, & Themistius capite eodem videtur de intellectu agente aliquantulum, dubitando tamen, adnuere quod possit esse vnus, & deinde in lib. iii. de anima cap. xxxii. aperte decernit vnitatem itellectus agentis primarii, qui est deus, quem vocat

intellectum illuminantem neq; illuminatum, qui soli comparatur ab ipso Platone in lib. vi. de rep. Rursus Themistius de intellectu agente secundario, quẽ vocat illuminatum & illuminantem, dicit ꝙ est vnicus; tum quia imaterialis, & consequenter carens causa plurificationis, nec. n. ait specie differt, alioquin non omnes homines intelligerent eadem, tum addit intellectus agẽs est vnus, quia cõmunes sunt hominum conceptiones. Idem tamen capite sequente redarguit ꝙ si intellectus agẽs sit vnus, cum sit actus, ꝙ sequitur omnes homines esse vnum hominem, nec rationem soluit, sed vt dixi videtur magis accedere ad vnitatem intellectus agentis, ratio autem soluitur, ꝙ omnes homines sunt vnus homo secundum formam differunt aut secundum materiam, sed & formas alias, v3 intellectus possibiles, quos proculdubio esse plures ꝓcessit cap. xxxii. sine aliqua cõtrouersia vbi dubitat an singulis intellectibus potentiæ, singuli intellectus agentes sint aptandi. Item in proemio phy. ait mortem optandam, ad intelligendum substantias abstractas, qđ proculdubio imortalitatem intellectuum saltem possibilium ac pluralitatem significat. Vnũ est qđ difficultatem facit, quoniam Themistius libro etiam. iii. cap. xxix. ait ꝙ nos non reminiscimur. i. intellectus agens. Tanꝗ intellectus agentes sint plures. Ad quod dicitur ꝙ intellectus agens post mortem indiuidui hominis, non reminiscitur, nec, quia nos sumus intellectus agens, sequitur vt intellectus agẽtes sint plures, nec enim multiplicatis formatis per alias formas multiplicatur forma cõis illis addita. Atq; ita soluitur ratio ex libr. iii. metaphysicæ, quæ ꝓcedit cõtra idæã, cum ea diceretur esse vnica forma plurium singularium.

Op! Auerr. de vnitate [illegible]

¶De vnitate intellectus secundum Auerroem. Cap. vii.

AVerrois quoq; lib. iii. de anima cap. v. licet videatur declinare ad vnitatem intellectus propter immaterialitatem eius, tamen hæsitanter loquitur, vnde & rogat alios adhuc veritatem inquirere ac discutere, siquidẽ prospicit magnam impossibilitatem multorum consequentium, si intellectus dicatur esse vnicus omnium hominum, quas difficultates etiam tãquã impotens non soluit, in opere autem contra Algazelem. d. prima. d. vii. cũ videret posita mundi æternitate ac intellectus æternitate, si animæ rationales numerẽtur numeratione hominum, infinitam fore earum multitudinem ob infinitos homines iam defunctos, ac putans ex dicto libro. xii. metaphysicæ, omnẽ multitudinem numeralem prouenire ex materia constituente, videtur Auerrois aperte opinari intellectum esse vnum numero in omnibus hominibus ac refellit infinitum numerum intellectuum tãquã omnino impossibilem.

¶De numero intellectuum secũdum Platonẽ & Aristotelẽ. Cap. viii.

QVod Plato asseruerit pluralitatem animarum rationalium, quæ sũt intellectus possibiles, est manifestum, sed an tãtum numero, an etiã specie putauerit illas differre, ambigitur, quidã. n. putãt vt Proclus in cõmentariis parmenidis, animas rationales differre etiam specie apud Platonem, id q; ex timæo nitunẽ colligere. Ad quod fortasse dici posset id qđ de stellis dicunt peripatetici libro. ii. de cælo com. lix. v3 ꝙ animæ rationales nõ sunt eiusdem speciei vniuocæ. i. æqualis, sunt tamen eiusdem speciei analogæ. i. inæqualis, huius opinionis videtur esse etiam Aristoteles libro secundo de generatione animalium cap. iii. vbi ait vehicula animarum differre nobilitate sicut animæ differunt nobilitate, & videẽ loqui de animabus rationalibus,

sed exponitur, q animæ differunt nobilitate vz vegetatiua, sensitiua, & intelle ctiua. Opinio igitur Aristotelis q intellectus patibiles sint plures est manifesta, & colligitur libro.ii.physicorum tex.com.xxvi.vbi ponit plures formas i materia & tacite subiungit animas humanas: & in libro de gener. animal. vbi ponit hominem fieri ab homine, quia forma filii fit a forma patris. Rursus, q itellectus possibiles sint plures colligitur ex libro.xii.metaphysicæ tex. com.iiii.& ex libro primo de cælo tex.com.xcii.vbi Aristoteles ait q si essent plures cæli vt homines, essent plures formæ cælorum vt sunt hominum, tantum numero differētes & specie eadem, vbi aperte etiam ponit animas rationales hominū esse eiusdem speciei, qd & in libr.x.metaphysi.tex.com.xxv. apertius etiā dixit scribens hominem esse speciem specialissimam, & in libro secundo posteriorum analyticorum idem protulit, & Themistius lib.iii.de anima cap.xxxii. probauit: cum dixit, q si intellectus differrent specie, homines non intelligerēt eadem, quæ ratio est cōmunis intellectui agenti, & possibili, q autem Aristoteles libro.xii.metaphysicæ tex.com.xlix. loquatur de itellectibus possibilibus patet, quoniam alioquin ratio nō valeret, nam si loquatur de intellectibus patibilibus, non sequitur q si intellectus patibiles numerentur numeratione materierum, q etiam formæ cælorum numerentur, cum non sint constitutæ per materias, illi autem intellectus patibiles sint formæ constitutæ per materias numeratas. Præterea, loquitur de forma quæ est ratio diffinitiua hominis, vt patet ex littera, talis autem est intellectus possibilis. Quāquā autem intellectus possibiles sint plures apud Aristotelem, tamen intellectus agens est vnicus, vt patet in tota theologia maxime libro. x. cap. xviii. & vt Themistius dixit, q si obiiciatur, multiplicitatis materiis, multiplicantur formæ vt dictum est ex lib. xii.metaphysicæ tex.com.adducti, intellectus aūt possibiles sunt materiæ multiplicatæ, intellectus agēs est forma intellectus possibilis, ergo si intellectus possibiles sunt plures, intellectus agentes quoq; erunt plures, dici potest q formæ tantum cooperantes non numerantur numeratis materiis, intellectus autem agens est forma tantum cooperans intellectui possibili. Sed cōtra q apud Themistium intellectus agens est forma assistens formando, non tantum cooperans. Item Aristoteles in theologia idem asserit libro.x.cap.ii. & confirmatur quæcunq; fiunt vnum per coniunctionem multiplicato vno multiplicatur reliquum vt per se liquet, sed intellectus agens & intellectus possibilis fiūt vnum per coniunctionem, inquit Themistius libro.iii.de anima cap.xxv.& Aristoteles in theologia libro.x.cap.ix.& Auerrois libro.iii.de anima comē.xx. Ergo multiplicato intellectu possibili agens quoq; multiplicatur, ad hæc dicitur ad primum argumentum, q verum est numeratis materiis corporalibus formas illarum numerari, non autem hoc est similiter necessarium i materiis spiritualibus. Quales sunt itellectus possibiles agentis, & ratio quoniam materiæ corporales differunt situ, quare non possunt ab vnica forma formari. Ad secundū argumentum respondetur q quæcunq; fiunt vnum vnitate substantiæ multiplicato vno multiplicatur alterum, sed intellectus agēs & intellectus possibilis fiunt vnum vnione substantiarum, non vnitate substantiæ, ita q sint substātia vna. Præterea licet animæ rationales sint eiusdem speciei apud Aristotelē differunt tamen secūdum tres gradus luminis recepti ab intellectu agente vt scribit Aristoteles in theologia lib.x.cap.vi. & colligit libro primo ethi.testimonio Hæsiodi, & sic forte sensit Aristoteles libro secundo de generatiōe animalium, si dixit ibi animas rationales differre iter se nobilitate, & forte etiam hæc fuit opinio Platonis, cum videtur ponere in timæo differentiam maiorem, quam sit solum numeralis inter animas rationales.

¶ Solutio rationum ꝙ intellectus possibilis sit vnicus. Cap. ix.

Rationes quæ fiunt ad probandum intellectum possibilem esse vnicũ numero: vidētur Themistio ac Auerroi difficiles, immo & posterioribus peripateticis, sed mihi faciles, causa autem est, ꝙ putant solá formam materialem.i.constitutam per materiam numerari numerata materia, qđ aperte falsum est apud Aristotelem ī eodē loco libr.xii. metaphysicæ quē pro sua positione adducunt, illic.n. aristoteles palam asserit etiam formam tā tum constituentem materiam numerari, numerata materia, vnde & similiter libro primo cæli tex.com.citati, ait ꝙ si forent plures materiæ cælorum, ꝙ forent plures formæ cælorum. Formæ autem cælorum apud aristotelem tantum constituunt materiam, non etiam constituuntur, idem libr.xii.metaphysicæ asserit quoq; ꝙ si forent plures cæli, forent plura principia formalia.i.formæ cælorum numero differentes specie autem eædem, sicut cũ sint plures homines, sunt plures formæ eorum numero differētes specie autem eædem, vnde sententia est aristotelis vtrobiq; ꝙ oīs forma constitutiua materiæ corporalis, numeratur, numerata materia, & ꝙ omnis forma numerata numeratur numerata materia corporali, & hoc satis est aristoteli illic in libro.xii. metaphysicæ volenti probare, ꝙ forma prima non sit numerata neq; numerabilis, quoniam cum ipsa sit, actus purus non est forma constituens materiā. Ad rationem autem quam innuit Themistius ex Platone, ꝙ si intellectus possibiles sint plures, non sint conceptus cōmunes, & cōsequenter auferatur disciplina, & colloquium. Respondetur quia ad hoc sufficit idemtitas in specie intellectuum possibilium. Item vnitas intellectus agentis. Ad rationem tertiam etiam ex Themistio acceptam, ꝙ animæ rationales siue intellectus possibiles non differunt quia, non habent, differentiæ causam, hoc negatur & dicitur ꝙ intellectus possibiles differunt tantum accidentaliter, sicut indiuidua eiusdem speciei vt inquit aristoteles lib.ii. posteriorum analyticorum, & Simplicius in prædicamentis, causa autem eorũ differentiæ sunt ipsæ differentiæ indiuiduariæ vt auicenna dixit quæ dicunt̄ græcæ hypostaticæ, quas differentias indiuiduarias etiam Ioannes Scotus libro secundo sententiarum theologicarum admisit, vnde hæc difficultas de principio indiuiduationis est cōis etiam substantiæ corporeæ. Et ꝙ sit aliquod principium aliud a materia distinctiuũ ac multiplicatiuum animarum, rationalium etiam diuus Thomas cōcessit in opusculo contra vnitatem itellectus. Et si quæratur, an tale principium indiuiduationis sit substantia an accidens. Dico ꝙ est substantia late, vt differētia specifica, tamen non distinguit substantialiter.i.quidditatiue, nec est substantia.i.ratio quidditatiua, sed accidens.i.exquidditatiua, nāq; vt dicitur lib.vii.metaphysicæ tex.com.ii.indiuiduum substantiæ est prius indiuiduo accidētis. Neq; aūt tale principium est materia cōstituta: qm̄ aīa rōnalis est prius in se vna & indiuidua quam vniatur materiæ constitutæ, neq; item est vnio animæ ad materiā, cum ea sit accidens vt pote relatio vt etiam diuus Thomas ꝯcedit in cōpēdio theologiæ, sed neq; vnibilitas aīæ ad materiā indiuiduat aīam, cũ ēt vnibilitas sit accidēs ac posterior aīa, siqdē est aptitudo, aptitudo aūt ſm Porphiriũ ē accidēs & posterior subiecto. Præterea natura est vnibilis indiuiduo, & tamē nō est per illā vnibilitatem indiuidua, vnibilitas tñ formæ ad materiā est signum multiplicabilitatis formæ, quia est signũ potētialitatis & sic alicuius imperfectionis, & consequenter diuisibilitatis per distinctionem numeralē, & hoc tm̄ sensit aristoteles lib.i. cæli, & lib.xii. metaphysicæ locis adductis, vnio rursus vt ibidē colligit̄, formæ ad materiā, est causa sine qua nō multiplicat̄ forma,

ita q̄ forma quidē ex sua natura, & per suas dr̄ias indiuiduarias numerabilis est & quandoq; etiam numeratur vt patet in animabus separatis. Sed tamen non numeratur forma, nisi sint plures materiæ, quibus plures formæ sint vnibiles, vnde anima cæli vnius licet ex sua natura sit numerabilis per differentias indiuiduarias, tñ nō numeratur actu, quia non sunt plures materiæ qbus plures aīæ vnius speciei sint vnibiles, vt non sunt plures aīæ solares, quia non sunt plures materiæ solares, & hoc dixit simplicius in prædicamentis ex sentētia Iamblici, & hoc modo pluralitas formarum est per materierū pluralitatem vt in theologia dictum est, animarū igitur rationaliū distinctio numeralis est p differētias indiuiduarias, & illæ sunt notæ esse, sed quæ sint sunt ignotæ, sicut & multæ differentiæ specificæ vltimæ, ac vt sunt propria principia essendi animabus, sic etiam differendi, neq; autem distinctio numeralis illarum est negāda, quia ignorentur principia distinctionis, sic enim neq; negatur distinctio specifica specierum vltimarum, licet ignorentur principia distinctionis earum, nec.n. ignorato propter quid, negandum est quia.

¶ Testimonia q̄ Aristoteles putauerit immortalitatē aīorū. Cap. xi

His prædeclaratis maxime autem quid sit intellectus agens apud Aristotelem, & quid intellectus possibilis q̄q; est forma substātialis hoīs ac numeratus, & quomodo item quotupliciter capiatur anima rationalis dico, q̄ si anima rationalis sumatur pro aīa constante ex intellectu possibili ac passibili siue Patibili, & hoc modo anima rationalis est partim mortalis quo vȝ ad intellectum patibilem, partim autem immortalis, vȝ quo ad intellectum possibilem, vt Themistius ait lib. iii. de aīa cap. xxxix. & Auerrois com. v. & sic Aristoteles & Plato conueniunt inquit Themistius ibidem. Rursus aīa rōnalis est immortalis simpliciter si pro intellectu possibili capiatur vt sæpius capitur in cōi vsu Philosophorum, loquendo autem est vt plures lib. ii. topic. Signum autem q̄ aīus .i. aīa rōnalis hoc est intellectus possibilis de quo præcipue est dubitatio præsens, sit immortalis simpliciter apud Aristotelē est, q̄ alioquin Aristoteles asserens aīum mortalē fuisset passus persecutionē ab hierophāta principe sacerdotū athenis, sicut passus est teste Laertio, propter æternitatem mūdi primo assertam apud græcos vt testat̄ Auerrois lib. primo de cælo com. xxii. immo magis propter mortalitatem animi, cum hoc dogma magis offendat legem circa diuina etiam apud gentiles. Amplius Themistius libro iii. de aīa cap. xxxvii. scribit, q̄ Aristoteles fecit opus cui titulus Eudemus in quo rōnes de immortalitate animorum complexus est multas Platonicis consentaneas, huius operis meminit Plutarchus in cōsolatu ad Apolloniū & in eo Aristoteles ponit pluralitatem aīorū & immortalitatem ac p̄existentiam ad corpora: Item Galenus ī historia philosophorum adnotat animam vȝ rationalem esse immortalem apud Aristotelem, quia sit capax diuinationis. Præterea extant Aristotelis dicta quædam, euidentia, vt adducentur, quibus responderi nō pōt quare cum ab opinione rationabili nō sit recedendum per quaslibet rationes vt dicit Plato in phædone, opinio autem de immortalitate animorum est maxime rationabilis, vnde est probabilis apud omnes leges vt dicit Auerrois, vel apud meliores viros, vt ait Plato, ab ipsa probabilitate autem Aristoteles non recedit vt refert simplicius in prædicamentis, & Ioannes Scotus confirmat in libro quarto sententiarum theologicarum, immo Aristoteles abhorret improbabilitatem vt ipse fatetur libr. primo ethi. cap. xiiii. Amplius opinio de immortalitate animorū ēt in dubio foret adscribenda Aristoteli, & maxime

quia vera vt addit Auerrois. Postremo autem accedit ꝙ in theologia Aristotelis sua nuper inuenta libris pluribus opinionem suam de immortalitate animorum aperit ac probat, & omnem scrupulum ambiguitatis aufert, ꝙ autem huiusmodi opus dictum theologia mystica fuerit Aristotelis a me satis probatum est: autoritate Laertii ac diui Thomæ in opusculo de vnitate intellectus, vbi testatur se vidisse hoc opus in lingua Græca, & Arabes numerantes .xliiii. libros metaphysicæ admittunt, & in libro primo de cælo Aristoteles ipse meminit huius com. c. vocãs sententias philosophiæ circulares hoc est sermones externos de diuinis .i. ſm opinionẽ ægyptiorũ sapiẽtũ, sicut etiã cõstat in toto opere, & Themi. in phy. & Aulus Gel. in noct. atti. testant̃ Aristotelẽ scripsisse duplicẽ phiã & vnã externã dictã.

¶ Loca in quibus Aristoteles fatetur immortalitatem animorũ. Cap. xi.

Loca expressa Arist. q̃ aia sit immortalis.

Loca in quibus Aristoteles fatetur immortalitatem animorum sunt plura quæ faciunt fidem indubiam ꝙ ita putauerit: nulla autem sunt quibus videatur aliter sensisse. Imprimis igitur vnus est libro secũdo de generatione animalium cap. iii. vbi proponit quæstionem de anima rationali, quæ est forma hominis, a quo agente, in quo tempore: & quo modo insit homini genito. Et respondet ꝙ intellectus extrinsecus accedit, quia subsistit, cum habeat actionem independentem a corpore aliquo modo, alioquin differentia assignata inter animam rationalem & sensitiuam, nõ valeret, nam cum velit Aristoteles ibi probare subsistentiam animæ rationalis .i. intellectus possibilis probat per hoc ꝙ eius actio non pendet a corpore, ꝙ si aliquo modo pẽderet simpliciter a corpore vt ab obiecto, velut quidam dicunt, tunc ratio Aristotelis nihil valeret, nec .n. posset subsistere ante corpus, si nullo modo posset anima rationalis operari sine corpore, alioquin & .n. foret otiosa. Secundus locus est libro .vii. ethic. cap. xiiii. vbi dicit ꝙ delectatio humana non est perpetua, quia natura humana est composita & secũdum partem est corruptibilis tacite præsupponens ꝙ secundum alteram partem sit incorruptibilis v3 secundum intellectum possibilem, qui est pars hominis v3 forma vt iam declaratum est. Tertius est libro .iii. de anima tex. com. xx. vbi aristoteles ait intellectum vere esse separatum, & ꝙ solus intellectus separatus est immortalis, loquens de vtroq3 intellectu agente v3 ac possibili, cum vterq3 sit separatus, ac vere intellectus, ꝙ autem intellectus possibilis sit separatus probatum est ab aristotele libro .iii. cap. vii. ꝙ item intellectus possibilis sit anima rationalis iam dictum est. Quartus locus est libro primo de anima tex. com. lxv. & .lxvi. vbi aristoteles ait ꝙ intellectus humanus: de illo .n. loquitur, qui est intellectus possibilis, nam intellectus agens nõ est humanus, sed super humanus. Intellectus hominis, dico, ait aristoteles ibi, est in se ipso impassibilis .i. non passibilis passione corruptiua vt exponit, & est diuinus. Quintus est libro .ii. de anima tex. com. xxi. vbi dicit ꝙ intellectus speculatiuus animæ, qui est intellectus possibilis, oppositus ita patibili q est practicus vt colligitur libro .x. ethic. cap. viii. intellectus dico speculatiuus animæ .i. possibilis separatur a sensu, sicut perpetuum a corruptibili, & Theophrastus ac Themistius hiis nituntur pcipue locis vt testatur auerrois libro .iii. de anima com. v. Sextus est libr. iii. de anima, de itellectu animæ, qui est possibilis, v3 ꝙ is est impassibilis tex. com. iii. ꝙ idẽ est imixtus tex. com. iiii. rursum, ꝙ est separatus tex. com. vii. Septimus locus est libro primo de anima tex. co. lxvi. & libro .iii. tex. com. xx. ꝙ aristoteles reddens rationem cur homo nõ reminiscitur post mortem, præsupponit aperte & proculdubio intellectum humanũ, & qui est homo, vt dicitur .ix. ac .x. ethi. remanere post mortẽ, alioquin

vana

vana foret quæstio, immo si ipse intellectus possibilis corrumperetur nõ oporteret assignare causam non reminiscendi, corruptionem intellectus patibilis, & inconuenienter assignaretur, quoniam tunc corruptio intellectus patibilis foret causa remota non reminiscendi, corruptio autem itellectus possibilis foret causa proxima. Octauus est lib. iii. de anima tex. com. xxxvi. vbi quærens an intellectus existens coniunctus corpori intelligat substantias abstractas, limitat intellectum ad statum coniunctionis: & præsupponit eum habere alium statũ separationis, alioquin inutilis foret limitatio ac consequenter superflua, & aliena a philosopho breuiloquo. Nonus est libro primo ethi. cap. xv. vbi quærens an posteriorum bona vel mala afficiat defunctos præsupponit aperte animos defunctorum remanere post mortem superstites, alioquin vana foret quæstio nec digna philosopho tanto, nam ꝙ non est nõ potest affici. Et qđ plus est dicit Aristoteles cap. xiiii. potius esse quærendum vtrum defunctus sit particeps boni vel mali. & qđ etiam fortius est, addit ꝙ infelicitas posterorũ nõ potest auferre felicitatem maioribus qui sunt felices, & tamen ꝙ status posterorũ afficit priores defunctos sed parum. Decimus locus est libro. xii. metaphysicæ tex. com. xvii. vbi mouet quæstionẽ, an aliqua anima vt rationalis remaneat post materiam & respondet non esse forsan impossibile, sed id posterius diligenter considerandum, iam declinans ad immortalitatem, ꝙ si iam asseruisset mortalitatem animorum vel sequeretur ex suis placitis, nõ ita dixisset. Vndecimus locus est libro. x. ethi. cap. ix. ac libro secundo de genera. animal. cap. iii. ꝙ vocat intellectum humanum diuinum ac separatum, & inorganicum, & is locus est omnium potissimus. Duodecimus etiam locus fortissimus est libro primo de partibus anima. cap. primo, vbi animam rationalem ait esse abstractam simpliciter a materia, nec eẽ considerãdam a physico, & idem indicat lib. vi. metaphysicæ tex. com. ii. Decimus tertius est in Economica vbi asserit cõiugem bene meritam expectate præmium a deo, ꝙ licet non dicat quando, vȝ an in vita præsente an futura, tamen quia beatitudo viuentis speculatiua per copulationem intellectus agentis non est cõmunis mulieribus, ea non est expectanda vtriq; cõiugi, quare superest altera expectãda post mortẽ, & sic aius est imortalis. Decimus quartus est lib. vii. polit. vbi quãuis ex cõditiõe assignet insulas fortunatas ꝑ loco beatis, tñ absolute ponit beatitudinẽ heroũ post mortẽ, & ꝯsequẽter imortalitatẽ aĩorũ, imo ait esse sacrificãdũ heroibus. i. aiabus excellẽtiũ virorũ. Præterea Decimus qntus locus est in theologia mystica, vbi qõnẽ ꝓpositã in lib. xii. metaphy. ac ꝓmissam tractat (vt et diuus Tho. ꝑsagiuit) in libr ꝑ sertim primo cap. iiii. & iii. lib. cap. vii. & lib. xii. cap. i. iiii. v. vi. asserit ac probat aiam rõnalẽ esse imortalẽ. huius theologiæ siue phiæ externæ meminit Auer. lib. i. cæli. co. c. & iiii. phy. co. lxxxvii. sed nõ legit. Decimus sextus ẽ i Eudemo vbi apte ponit pluralitatẽ aĩorũ & imortalitatẽ ac ẽt æternitatẽ, huius aũt opis meminit Laer. i vita Aristo. & vt dictũ Themi. ac Plutarchus, qm̃ aũt, vt pollicitus sum, nolo verũ ꝑ falsa ꝓbare, relinquo locũ lib. ii. de gen. & cor. co. xliiii. qa ibi Arist. tñ ait aiam nõ eẽ corpus. Itẽ dimitto locũ lib. ii. de ge. aia. qa Arist. illic ait spiritũ vehicularẽ eẽ separatũ, nõ animũ, vt Michael ephesius interp̃tat.

¶ Destructio responsionum ad hæc loca. Cap. xii.

Sed ad hæc loca quidam nituntur respondere duobus modis, vno dicẽdo ꝙ intellectus qui dicitur immortalis simpliciter ab Aristotele est itellectus agens qui nõ est aia nec pars animæ rationalis, sed est intelligẽtia quædã subsistens in se ipsa, ac assistẽs speræ humanæ. i. generi hominum, & sic expo

nunt locum illum libro secundo de generat. animali. vbi dicitur ꝙ intellectus deforis siue extrinsecus accedit, & fuit hæc responsio Alexandri manifesta i sua Paraphrasi, vbi etiam dixit ꝙ intellectus agens sit ipse deus, sic etiam exponunt locum illum libro. iii. de anima tex. com. xx. vbi etiam euidenter Aristoteles fatetur intellectum esse immortalem simpliciter ac perpetuũ, de intellectu agẽ te. n. illud dictum esse, interpretantur. Secundo, etiam respondent dicendo ꝙ intellectus possibilis apud Aristotelem est immortalis, sed tantum secundũ qd .i. participatione quadam immortalitatis, quatenus non est virtus organica, sic etiam inquiunt itellectus possibilis vocatur diuinus. i. particeps diuinitatis. Item dicitur separatus. s. ab organo similiter interpretantur, ꝙ nominatur imi xtus. i. non mixtus organo, & impassibilis. i. non passibilis, vt virtus organica. Sed huiusmodi glosæ sunt cauillatoriæ, siquidẽ sunt alienæ a sensu autoris, qđ nõ cõuenit facere interpti, ẜm Auer. lib. ii. de aia. co. cxxxv. sũt vitiosæ q̃tenus reddũt Aristote. scriptorẽ vitiosum, qđ nõ decet philosophũ, vitiũ. n. est inqt Themistius libro. i. de aia cap. xxix. vnum dicere & aliud sentire. Iniusta nãq; est talis locutio ait Auerrois in Paraphrasi de cælo, cum præstet occasionem errandi vt diuus Thomas testatur libro. iii. cæli. Præterea ꝙ Aristoteles libr. ii. de gene. animal. cap. iii. loquatur de intellectu humano qui est intellectus possi bilis & anima rationalis patet, quandoquidem respõdet ad quæstionem factã de anima rationali a quo agente insit, & respondet ꝙ intellectus extrinsecus ac cedit: quia est subsistẽs: &. n. ait est inorganicus, ꝙ si ille intellectus qui dicitur extrinsecus accedere non foret anima rationalis proculdubio responsio non esset pertinens, nec consequenter satisfactoria, non. n. quæsito responderet ꝙ est alienum a tali Philosopho, & tam accurato scriptori, ꝙ autem ille intelle ctus etiam quem ait extrinsecus accedere sit ipsius hominis intellectus, declarat inferius dicens eum contineri in homine & esse diuinum. ꝙ itẽ in primo libro de partibus animal. dicat intellectum humanum esse abstractum simpliciter pa tet ex littera, vbi loquitur de anima humana intellectiua, talis autem est intelle ctus possibilis vt iam expositum est maxime ex libro. x. theologiæ cap. viii. & ꝙ intellectus agens sit forma quidem animæ rationalis, sed nõ anima rationa lis nec pars eius satis declaratũ est antea cap. ii. Amplius ꝙ Aristoteles loquens de intellectu possibili sentiat eum esse incorruptibilem simpliciter. i. secũdum substantiam patet libro primo de anima tex. com. lxv. ac. lxvi. nam ibi dicit eũ esse impassibilem in se. i. in substantia, sic. n. dictus est esse substantia existens. i. independens a corpore, & introfieri. i. extrinsecus accedere siue ingredi cor pus consentienter vt in libro secundo de generatione. Præterea, si talis intelle ctus humanus corrumperetur in substantia: non oporteret facere quæstionem cur homo non reminiscatur post mortem & si fieret, non oporteret referre vt in causam in ipsam corruptionem intellectus patibilis, vel organi si ipse intelle ctus possibilis corrumperetur. Amplius ꝙ de intellectu hominis illic loquatur Aristoteles patet, quoniam vt animaduertit Themistius libr. iii. de anima cap. xxxix. non corrupto intellectu dicit cur homo non reminiscatur præsupponẽs intellectum qui est homo remanere, & vt dictum est etiam de intellectu possi bili loquitur, cum ait illic intellectum esse separatum, & immortalem (quãq̃ Themistius de agente interpretet) cuius signum est ꝙ nos. i. plures homines hoc est plures intellectus non reminisci subiungit, ꝙ de intellectu agente non potest dici cum sit vnus, de intellectibus autem possibilibus dictum accipi po test melius cum intellectus possibiles sint plures. Præterea ꝙ Aristoteles dicens intellectũ esse imixtum, sentiat esse imixtũ simpliciter. i. nullatenus a corpore dependentem, patet quoniam ait intellectum oportere esse immixtum apud

Impug. resiou.

se vt intelligat, sicut apud anaxagoram vt imperet, sed apud anaxagoram intellectus erat imixtus.i.a corpore omnino independens, alioquin non imperaret corpori vt asserebat. Rursus ꝙ intellectus possibilis sit impassibilis simpliciter.i.secundum substantiam apud Aristotelem patet per medium, quo vtit̃ tale: omnis virtus cognoscitiua corruptibilis, est corruptibilis a forti obiecto, intellectus possibilis non est corruptibilis a forti obiecto. Ergo intellectus possibilis non est substantia corruptibilis, ex incorruptibilitate.n.virtutis in operãdo, probat incorruptibilitatem substãtiæ, incorruptibilitatem autem virtutis ĩtellectus possibilis colligit ex integritate actus eius indimuniti a forti obiecto, ꝙ si intellectus possibilis foret corruptibilis secundum substantiam, foret etiã corruptibilis secundum virtutem, & consequenter secundum operationem, vt deducit in theologia lib.iii.cap.vii. Præterea ꝙ per separatum Aristoteles intelligat separationem simpliciter.i.independentiã a corpore patet, quoniã intellectus per hanc differt a sensu vt incorruptibile a corruptibili, per separationem autem secundum quid, intellectus non differt a sensu vt incorruptibile a corruptibili, cũ adhuc vterq; penderet a corpore, atq; ita vterq; foret corruptibilis corrupto corpore. Quod item separatio sit independentia a corpore iam dictum est.

LIBER SEXTVS.

¶Ratio prima immortalitatis animorum apud Aristotelẽ. Cap. Primũ.

ENumeratis locis consequens est referre rationes quibus ex Aristotele probetur etiam ĩmortalitas animi. Et.n.vt Auerrois fatetur libro primo de gene.com.xxxviii.nihil sine forti ꝓbatiõe credit̃ dixisse iste magister, ac vt ipse Aristoteles ait lib.viii.phy.tex.com.xv.nõ satis est supponere quædã, sed oportet rõnes afferre, sed & rõnes sunt examinãdæ inqt Plato ĩ phædone. Prima igitur & potissima rõ ex Aristotele colligit̃ libro primo de aĩa tex.co. xiii.ac in theol.lib.iii.cap.vii.& lib.xii.cap.iiii.est aũt talis, si aĩa hẽt opationẽ ꝓpriã ꝯtingit aĩam ipsam separari, sed aĩa rõnalis hẽt opationẽ ꝓpriã. Ergo cõtinget aĩam rõnalẽ separari. Propõ maior patet nã ex quo opatio nõ pendet a corpore, ergo neq; ẽt substãtia, q̃ est potior opatione pendebit a corpore, qđ aũt essentia sit melior opatione patet ĩ theologia lib.iii.cap.vii. & ꝙ si opatio sit abstracta ꝙ eẽntia tãto magis sit abstracta patet lib.iii.phy.tex.co.xxxvi. minor syl̃i colligit̃ lib.i.ethi.cap.ix.& lib.x.cap.viii.ac.ix.& in theolo.libr.xiiii. cap.& patet ꝑ experiẽtiã maxime in intellectione substãtiæ abstractæ ab aĩa rõnali habitã vt dicit Aristoteles in theologia lib.x.cap.viii.ac.ix.hæc.n. non pẽdet a corpore ẽt vt ab obiecto, cũ fiat sine phãtasmate vt ꝓbatũ est superius ex Platone, & Aristotele. Rursus intellectio ꝓcipue dignitatũ est operatio aĩæ rõnalis ꝓpria.i.nõ ꝑ phãtasma lib.xii.theologiæ cap.iiii. Itẽ discursus ẽ opãtio aĩæ rõnalis ꝓpria lib.xii.cap.iiii.hanc rõnem magnifacit diuus Thomas, & hæc est eadem cum illa Platonis de motu aĩæ ex se vt dictum est libro.ii.

¶Impugnatio rationis primæ: Cap. ii.

HAec ratio impugnatur multis modis, imprimis ex parte ꝓpositiõis maioris vt refert Themistius lib.i.de aĩa cap.viii.negando ꝙ si aĩa rõnalis habet operationem propriam continget ipsam separari. Et datur instãtia in visu qui habet operationẽ propriã v3 visionẽ, & tñ non continget eum

separari. Item datur instātia fortior in aīa cæli, quæ habet operationē propriā, non.n. cælum intelligit per partē ait Auerrois in libro de substantia orbis siue de essentia cæli: & tñ nō continget vnquā aīam cæli separari, vt constat. Rursus hæc ratio turbatur ex parte minoris negādo φ aīa rōnalis habeat operationem propriā, nec.n. ipsa dicitur intelligere, sed homo per eam, vt dicitur libr. primo de anima tex.com.lxiiii. Itē rōnes factæ φ aīa rōnalis nō intelligat sine phantasmate libr.iii. impediūt hāc rōnem. Præterea hæc rō turbatur per interpretationē dicendo per eam aīam separari a corpore, non simpliciter, sed tm̄ secundū organū, quatenus v3 aīa rōnalis non intelligit per organū: nō autem inquiūt quidā, aīa rōnalis separatur simpliciter.i. existit seorsum a corpore, sic enim adducunt exemplum, φ formæ mathematicæ separantur secundum qd v3 secundū rōnem, vt patet lib.vi. metaphysicæ tex.com.ii. non autem separātur simpliciter vt dicitur libro primo de aīa tex.com.xiii. & lib.ii. phy.tex. co. xix. ac libro.xiii. metaphysicæ, & tñ formæ mathematicæ habent passiones ꝑprias libro.i. de aīa tex.com.xiii. quare hæc obiectio est ad propositionē maiorem per instantiā in formis mathematicis, & cōfirmatur ex Themistiana interpretatione lib.ii. phy.tex.com.xxvi. vbi dicitur φ aīa humana est separata a materia secundū rōnē non secundū esse, & sic aiunt φ hoc tm̄ rō facta ꝓbat. Amplius turbatᷣ rō dicēdo φ duplex est operatio propria, quædā simpliciter, q̄ v3 non pendet ab organo corporis neq; ab obiecto corporis, & talis est formæ separabilis simpliciter, sed operatio aīæ rōnalis nō est ita separata, nec.n. dicitur esse separata ab obiecto corporis.i. phantasmate vt dictum est libro.iii. Quædam item est operatio propria secundum quid.i. sine organo corporis, sed non sine obiecto v3 phantasmate, & talis est formæ separabilis secundum quid, & hæc operatio conuenit animæ rationali.

ista distin̄ctio Scoti facit Doti Argto.

¶ Defensio rationis primæ. Cap. iii.

AD hæc impedimēta respondetᷣ, φ operatio propria in proposito rōnis factæ, est quæ nō pendet a corpore aliquo modo essentialiter neq; vt a subiecto seu organo, neq; vt ab obiecto seu phantasmate, & ita visio nō est operatio propria, cū pendeat ab organo corporis v3 oculo. Ad secundam instantiam dr̄ φ aīa cæli vt habet operationē propriā contigit ipsam separari, sed ex alia parte quatenus quidē hēt aliam operationem nō propriā v3 motionem cæli, quæ pendet a cælo vt a subiecto, non potest separari, vt.n. declaratᷣ lib.ii. cæli tex.com.xxi. mouet cælum propter inferiora cōseruanda intētione secūdaria, iam autem declaratum est libro.vii. phy.com.ii. φ aliquid est possibile vno modo. Impossibile autem alio, vt cælum diuidi est possibile vt continuum, est autem impossibile vt cælum. Et si dicatur, ponatur aīam cæli separari ex quo est possibile, respondetur, φ possibile ex vna parte, impossibile autē ex alia, non debet poni in esse. Et si obiiciatur φ idem dicetur de aīa rōnali, φ v3 vt habet operationem propriā φ contingit eam separari, vt autē non hēt operationē propriā, non contingit eam separari, respondetur, φ rō procederet si alia operatio animæ rōnalis foret necessaria illi, vt motio aīæ cæli, quæ est necessaria animæ cæli non rōne eius, sed boni vniuersi, secundū ordinem a prouidentia diuina inditū. Ad turbationem ex parte propositionis minoris factam, dr̄ φ aīa rōnalis hēt operationē ꝓpriā, vt expositū est quæ sit operatio propria, ad improbationē respondetᷣ homo est subiectum denominationis intellectionis animæ rationalis donec est in corpore, quoniā opatio est suppositi in proemio metaphysicæ, homo aūt est suppositū, nō aīa rōnalis, donec est

in corpore vt prædictum, aia tñ est subiectum principale intellectionis, & sic Aristoteles intellexit lib.i.de aia ꝙ aia non intelligit.i.non est suppositũ denominationis intellectionis, quare adhuc superest vt intellectio sit operatio aiæ rõnalis propria, aliter quoq; dici potest ꝙ Aristoteles ibi loquitur de intelligere cogitario, ꝙ est hominis nõ aiæ rõnalis nec aiæ patibilis sed hominis, ꝙ aũt sit intelligere dianoiticum.i.cogitarium apud Aristotelẽ patet libro.iii.de aia tex.com.xx.& in libro de memoria. Ad obiectionẽ tertiã dicitur ꝙ interpretatio est contra sententiã Aristotelis aperte.n.loquit de separatione simpliciter, quæ est futura, siquidem vtit verbis futuri temporis, vnde si de separatione ab organo loqueretur, quæ est secundũ quid cũ ea sit præsens, & conueniat etiã aiæ rõnali in corpore, dixisset contingit separari & est separata non autem dixisset continget separari, & erit separabilis, vt dicit, ac Themistius exponit, ex quo etiã patet error illius qui dicit ꝙ loquitur de separatione pterita cõtra Platonem. Præterea idẽ foret habere opus propriũ & separari, atq; ita comitteret petitio principii. Itẽ linea ibi dicitur inseparata.i.cum corpore existens vt exponit, ergo separari est existere sine corpore, oppositorũ.n.oppositæ sunt rõnes libro.vi.top. Amplius separari & esse sine corpore conuertuntur, sed esse sine corpore non est esse sine organo. Nãq; non esse sine corpore non est esse cum organo, ergo esse sine corpore non est esse sine organo, Consequẽtia patet, quia vt dictum est oppositorum oppositæ sunt rões, antecedens autẽ probatur. Aristoteles.n.dicit, ꝙ si aia rõnalis non est sine phantasia, nõ est sine corpore, non tñ sequitur ꝙ sit cum organo. Ad id autem ꝙ de formis mathematicis dicitur, respondetur, ꝙ illę habent tantum passiones proprias nõ operationes proprias, vnde tm̃ secũdũ quid separantur, aia autẽ rõnalis hẽt operationẽ etiam propriam. Ad locum libri.ii.phy.tex. com.xxvi. iam dictum est ꝙ Aristoteles ibi loquitur de anima cogitaria, vel secundum alios de anima rationali donec est in corpore, tunc enim a physico consideratur, tantum abstracta secũdum rationem. Ad quartam dicitur ꝙ aristoteles nullibi ponit distinctionẽ ꝙ duplex sit operatio propria, quædam libera ab organo & obiecto in corpore, quædam a solo organo, & tamen erat distinctio ab eo facienda si est necessaria velut ipse iubet lib.viii.top. Amplius libro secundo de generatione animalium cap.iii. dicit intellectum non habere actionem corporalem, & declarans quæ sit actio corporalis ait vt ambulare pedibus, indicans ꝙ est ea quæ fit per partem corporis organicam, vbi etiam subdit ꝙ actio incorporalis est ea quæ non comunicat actioni corporis.i.quæ non cõuenit actioni per partem corporis factæ, quare neq; pendet ab obiecto, alioquin foret per partem corporis. Item Aristoteles libro primo de anima tex.com.xii. vocat operationẽ propriam oppositam cõmuni: cõmunem autem corpori animato vocat, declarans libro primo tex.com.xxxii.quæ sit cõmunis corpori ꝙ est ea quæ fit p partem corporis organicam, quare apud Aristotelem operatio propria animæ rationalis est libera ab organo, & obiecto corporis simpliciter & hæc infert separationem simpliciter.

¶ Ratio secunda immortalitatis animi. Cap. iiii.

Ratio secũda imortalitatis aĩ est apud Aristotelẽ iuxta Themi.lib.iii.de aia cap.xxxiiii.ex parte impassibilitatis intellectus: & est talis, ois virtus siue anima impassibilis.i.non passibilis passione corruptiua est immortalis, intellectus possibilis est anima non passibilis passione corruptiua.

Ergo intellectus possibilis est imortalis, propositio maior est per se nota & tñ etiam probatur, nã oīs substãtia corruptibilis est passibilis passione corruptiua, ergo omnis substantia non passibilis passione corruptiua ē incorruptibilis cõuersione per cõtrapositionē ex regula.ii.top.minor syllogismi probaṫ, omnis substantia passibilis passione corruptiua, est debilitabilis corpore debilitato in vita, sed aīa rõnalis non est debilitabilis corpore debilitato in vita, ergo aīa rõnalis siue intellectus possibilis nõ est passibilis passione corruptiua, maior propositio prosyllogismi nõ tm̃ supponiṫ, sed ēt probatur a simili in sensu q cũ sit passibilis passione corruptiua est diminuibilis, minor ēt ꝓbaṫ a simili in sensu, q cũ sit diminuibilis, diminuiṫ a forti obiecto, quatenus post illud nõ bene pcipit obiectũ paruũ. Intellectus aũt pariter imo melius pcipit obiectũ paruũ, post quã pcipit magnũ, hæc rõ facta est ēt ab Aristotele in theol.lib.iii.cap.vii.

¶ Impugnatio rationis secundæ. Cap. v.

HAec rõ secunda turbatur inquit Themistius libro.i. de aīa cap.xxvi. cũ ab Aristotele extendatur etiã vsq; ad aīam sensitiuam, vt patet in littera cum dicit ꝙ si senex haberet oculum vt iuuenis videret vtiq; sicut iuuenis, vnde videtur si probet aliquid, etiam probare animam sensitiuã esse immortalem. Amplius videtur hæc rõ posse applicari intellectui patibili, in senectute nãq; roboraṫ cogitatio teste Themistio. Rursus obiectum paruum cogitaṫ post magnũ nõ tantũ peius sed etiã melius. Præterea ex parte minoris propositionis rõ patitur difficultatē, quatenus pȝ experimēto, ꝙ intellectus quoq; debilitetur in senectute, si nõ prima, saltem secũda, vnde dicitur prouerbio bis pueri senes, & quãuis intellectus tardius q̃ sensus, tamen aliquando deficit, sicut sensus tardius deficit quã vegetatiua, tñ aliqñ deficit. Amplius vĩ ꝙ intellectus patiaṫ ab excellenti obiecto vt patet in sapientibus pp continuã speculationē sæpe in atrã bilē incidentibus. Rursus experimento constat, ꝙ postquam intellectus intellexerit excellens obiectũ minus intelligat paruum vt in philosophis speculantibus valde sublimia, qui deficiũt in infimis agēdis, & in medicis theorizantibus, qui in faciendis deficiunt, ac in theologis metaphysicantibus qui deficiunt in physicis.

¶ Defensio rationis secundæ. Cap. vi.

AD has obiectiones dr̃ ad primã quidē, ꝙ hæc rõ non extendiṫ ad animã sensitiuã ab Aristotele, quãuis aliter Themistius interpreteṫ, nam apud nos nõ ipsum verbũ videret legendũ est sed specularēṫ noua trãslatiõe facta, quã littera græca patitur, quare sensus est ꝙ senex specularetur visibilia, si haberet organum visus bene dispositum vt iuuenis. Ergo Aristoteles nõ aīam sensitiuam, sed intellectiuam arguit esse impassibilem ex eo ꝙ non minuitur in se & indicat animã intellectiuam debilitari per accidēs debilitato organo non proprio sed alieno cuius tamen adminiculo vtiṫ, vt Themistius dixit in ꝓphysicis. Ad aliud de aīa cogitaria respõdetur, ꝙ quãuis videatur roborari in senectute propter habitus acquisitos processu vitæ, tamen debilitatur ab excellenti obiecto, cũ sit virtus organica vt patet in admirantibus, quapropter etiã defectus q videnṫ inesse intellectui: insunt cogitariæ, & p eã cooperantē intellectui redundãt aliquo modo in intellectum, nõ ꝙ itellectus patiaṫ aliqd in se, sed vē pati quo ad nos, quatenus minus cõmunicat nobis suam intellectionē vt Sol eclypsatus nõ patiṫ in se, sed quo ad nos, quatenus nõ trãsmittit radios ad nos.

Ratio aũt ꝙ cogitaria sit quæ patiatur est quoniã hæc vis est organica. Signũ item ꝙ patiatur est in amantibus cogitabundis, qui prius deficiunt in actibus cogitariæ, posterius autem in actibus intellectus, sic etiam sapientes aliquando deficiunt vitio cogitariæ vt medici testantur, nimio studio fatigatæ, ꝙ itẽ ali/quando paruum intelligibile appareat minus intelligi post magnum, contin/git lassitudine cogitariæ cooperantis, si sit obiectum sensibile, si autem sit ob/iectum tantum intelligibile, minus obiectũ intelligibile intelligit, ꝑpter cessa tionem factam in cogitaria quæ habitum remisit.

¶Ratio tertia. Cap. vii.

PRæterea colligitur alia ratio ex Aristotele libro. iii. de anima tex. co. iiii. secundum Themistium eodem libro cap. xxxiiii. ac Theophrastum quæ talis est, omnis substãtia imaterialis simpliciter est incorruptibilis simpliciter, intellectus possibilis est substantia imaterialis simpliciter, ergo intellectus possibilis est incorruptibilis simpliciter. Propositio maior patet ex eo ꝙ materialitas substantiæ est causa corruptibilitatis, ergo imaterialitas est causa incor/ruptibilitatis, antecedens habetur libro. vii. metaphysicæ tex. com. xxii. & lib. primo cæli tex. com. cxxxvi. Consequentia est Auerrois lib. ii. cæli co. xxxviii. & deducitur ex libro primo posteriorũ analyticorum per regulam si affirma/tio est causa proxima affirmationis, negatio est causa proxima negatiõis. Pro/positio minor habetur libro primo de parti. animal. cap. i. Itẽ libr. x. ethi. cap. viii. & probatur ex Aristotele libro. iii. de anima tex. com. v. ita, omnis virtus receptiua specierum omnium rerũ materialiũ est substantia imaterialis simpliciter. Intellectus possibilis est virtus receptiua specierum oĩum rerũ materialiũ. Ergo intellectus possibilis est substantia imaterialis simpliciter, huius prosyllo/gismi propositio minor supponitur tãquã nota experimento, nihil. n. est ma/teriale ꝙ nõ intelligatᷓ apud Aristo. vt colligitᷓ lib. i. phy. tex. c. xxxv. maior aũt probatᷓ qm̃ oĩs virtus intelligẽs recipiẽdo spẽm ab obiecto, & itellectiua oĩum rerũ materialiũ, recipit spẽs oĩum illarũ, oĩs aũt virtus recipiens spẽs oĩum rerũ materialiũ caret oĩ forma materiali, qa vt dicit Aristoteles omnis forma rece/pta prohibet receptionẽ alterius similis, ꝙ autẽ omne receptiuũ careat forma receptibili est propositio supposita a Platone in timæo & sæpius assumpta ab Aristotele inquit Auerrois lib. iii. de aĩa co. iiii. siqdẽ est vera & indubitata. Su/mitᷓ aũt ab Arist. lib. ii. de aĩa tex. co. lxxi. & lib. iii. tex. co. iiii. & lib. iii. de cælo tex. co. lxvii. & hæc ꝓpõ est vera in receptione mãli ac imãli atq; est itelligẽda quod recipiens careat receptibili, nõ oĩno v; ſm genus ẽt, maxime remotũ & analogũ. Ens nãq; recipit ens & substãtia recipit substãtiã: inquit idẽ Auerrois loco adducto, hæc rõ ponitᷓ ẽt in theol. lib. iii. cap. vii. ac lib. xii. cap. iiii. & vi.

¶Impugnatio rationis tertiæ. Cap. viii.

SEd hæc rõ patitᷓ impedimẽtũ, vno modo interꝑtatione limitaria ꝯclusio/nis ꝓsyl̃li dicẽdo ꝙ tm̃ ꝯcludit intellectũ possibilẽ esse immaterialẽ ſm qd quare negatᷓ propõ minor syl̃li principalis & dĩ ꝙ intellectus possibilis est imãlis. i. abstractus ab organo, nõ ab obiecto corporis: & ita est icorruptibilis ſm qd, & ad ꝓbationẽ, negatᷓ minor ꝓpõ prosyl̃li. s. ꝙ omnis virtus receptiua specierũ oĩum rerũ materialiũ sit imaterialis simpliciter, & ad aliã probationẽ dĩ ꝙ nõ oportet receptiuũ eẽ nudatũ oĩno a receptibili, verũ satis est ꝙ nudetᷓ ab excellentia, & datur instantia ad ꝓpõnẽ maiorẽ, ꝑ tactũ, qui recipit species

tactibilium, atq; est nudatus tantum ab excellentiis tactibiliũ, vt dicitur libr.ii. de anima tex.com.cxviii. Item oculus recipit species omnium colorum, nec tamen caret omni colore est.n.corpus mixtum, & hæc obiectio est Auerrois libro tertio de anima com.iiii. vbi etiam dicit ꝙ hæc ratio non probat intellectum possibilem carere omni forma materiali. Amplius dicit Auerrois libro tertio cæli tex.com.lxvii. ꝙ recipiens caret non omni forma, sed tantum receptibili, vt elementum recipit non omnem formam sed mixti, vtq; materia habens formam corporalitatis recipit formas specificas, sic itellectus habens vnã formam materialem generalem, recipit speciales. Item dicitur ꝙ recipiens spiritualiter potest habere formam materialem, vt aer qui recipit intẽtiones omnium formarum sensibilium, est.n.medium ad sentiendũ omnia, & tamẽ aer habet aliquam formam materialem. Præterea ratio patitur difficultatẽ ex parte propositionis minoris in prosyllogismo, vʒ ꝙ intellectus possibilis recipit species omnium rerum materialium, nec.n.itelligit omnes res materiales cum non omnes sint sensibiles ab homine, vt patet de stellis quibusdã ob paruitatem & distantiam insensibilibus, vt aũt colligitur primo libro posteriorũ, & lib.ii.phy. ac libr.ii. de anima sensibile non intelligitur nisi p̃sentiatur. Rursus intellectus possibilis non recipit species substantiarum, sed tantum accidentium, quare videtur ꝙ ratio solum concludat ꝙ intellectus possibilis non est forma materialis accidentaria, antecedens probatur ita a Ioanne Scoto ꝙ si intellectus possibilis reciperet speciem a substantia præsente, ergo perciperet præsentiam substantiæ, recognoscendo se imutari ab ea præsente, quare etiã perciperet absentiam substantiæ recognoscendo se nõ immutari, qđ tamẽ est falsum vt theologi aiunt. Amplius si ratio valeret probaret etiam intellectum patibilem esse immaterialem simpliciter, quod tamen est falsum omniũ consensu, nam intellectus patibilis recipit species omnium singularium materialiũ vt Auerrois libro secundo de anima testatur c.lxv. quare intellectus patibilis caret omni forma materiali, per similem arguẽdi modum. Præterea Themistius libro.iii. de anima cap.xvi. exponit ꝙ hæc ratio tantum probat ꝙ intellectus possibilis nullam habet formam materialem inseparabilem, sic.n. vna forma materialis iseparabilis prohibet receptionẽ alterius. Quare adhuc superest vt intellectus possibilis habeat aliquam formam materialem separabilem, non igitur probatur ꝙ intellectus possibilis sit substantia immaterialis simpliciter. Et confirmatur, nam intellectus possibilis recipit species, non tamen vt subiectum inhæsionis, sed vt locus qđ dicitur libr.iii. de anima tex. com.vi. sed locus habet semper aliquod corpus receptum, ac recipit alterum dimittẽdo primum, vnde sicut locus est receptiuus omnium corporum, & habet semper aliquod corpus, ita intellectus possibilis est receptiuus specierum omnium formarum materialium, & habebit nihilominus aliquam formam materialẽ semper, quam successiue dimittet, successiue recipiendo aliquam.

¶ Defensio rationis. Cap. ix.

AD hæc omnia impedimenta dicitur. Ad primum ꝙ intellectus possibilis esse immaterialis simpliciter asseritur aperte ab Aristoteles libro primo de partibus animalium cap. primo, & libro.vi. metaphy. tex. com. ii. vnde intellectus possibilis dicitur esse considerandus a metaphysico, ꝙ si foret tantum abstractus secundum quid vʒ ab organo, adhuc foret forma cõstituta per materiam, atq; ita, adhuc foret considerandus a physico, & ꝙ Aristoteles in libro primo de partibus animalium, loquaᵗ de intellectu humano qui

est idem

est idem q anima rationalis patet ex tota littera, ad impedimentum probationis dicitur q ratio Aristotelis procedit non tantum vi receptionis, sed vniuersalis, ita q sensus est omnis virtus receptiua vniuersaliter specierum omniū rerum materialium est substantia immaterialis simpliciter, & causa est quoniam si foret substantia materialis, cum materia sit principium indiuiduationis, forma reciperetur singulariter in intellectu possibili. Siquidem omne receptibile recipitur per modum recipiētis vt iam dictum est, & hæc est expositio Auerrois libro. iii. de anima com. v. vbi assignat differentiam prius a Theophrasto quæsitam inter materiam ac intellectum possibilem. Quod autem intellectus possibilis recipiat formam vniuersalem patet immo est Aristotelis sentētia cū dicit intus apparens prohibet extraneum & obstruet, non. n. Aristoteles p hæc intendit q materialitas prohibet receptionem sed intellectualem, atq ita hac vna interpretatione rōnis omnes obiectiones cessant, nec. n. tantum idcirco q intellectus possibilis recipit species omnium rerum materialium, nec q recipiat vt subiectum, sed quia intellectus possibilis recipit species vniuersales ac vt locus omnium rerum materialium præsentium obiectiue, cōcluditur esse vniuersalis simpliciter, nam substantia recipiēs vniuersaliter est vniuersalis simpliciter. i. abstracta a materia, & locus rei æternæ (qualis est res vniuersalis) debet esse æternus, libro primo cæli tex. co. xcix. & sic nulla instātia data est ad propositum, quatenus ea oīs est de receptione singulari. Ad aliud impedimētum ex parte propositionis minoris prosyllogismi, dicitur q & si intellectus possibilis non perueniat ad actum recipiendi speciem vniuersalem cuiuslibet rei materialis, attamen ex natura sua est receptiuus specierum omnium rerum materialium, & hoc sufficit, q. n. intellectus possibilis non perueniat ad actum recipiendi species omnium rerum materialium prouenit ex impedimēto extrinseco vt distantia vel simili, vnde cum omnis res materialis sit aliquo modo sensibilis, est etiam imaginabilis atq ita potest habere phantasma, omne autē phātasma est actiuum speciei vniuersalis i intellectu possibili. Ad aliud quicquid sit de specie substantiæ siue vz recipiatur ab intellectu siue non recipiatur, adhuc ratio valet, nam virtus recipiens speciem rei materialis nec est forma recepta materialis, nec coniungitur illi, & sic intellectus possibilis recipiens speciē omnium accidentium materialium, nec est forma materialis accidētaria, nec cōiungitur tali speciei accidentariæ, quare non est substātia materialis, alioquin coniungeretur formæ accidētariæ materiali. Ad aliud impedimentū ex Themistio dicitur, q intellectus possibilis non etiam habet speciem materialem separabilem, quāuis Themistius coarctet rationem ad solam speciem materialē inseparabilem, quoniam etiam subiectum speciei materialis separabilis non recipit speciem vniuersalem.

¶ Ratio quarta. Cap. x.

AMplius colligitur ratio quarta talis, omnis virtus abstrahens formas materiales est substantia abstracta simpliciter a materia, & consequenter incorruptibilis, sed intellectus possibilis est virtus abstrahens formas materiales. Ergo intellectus possibilis est substantia abstracta simpliciter a materia & consequenter incorruptibilis. Propositio maior est per se nota, & fuit suppositio anaxagoræ, alioquin cum forma abstracta sit nobilior inabstracta, effectus esset nobilior causa, minor probatur ex Themistio lib. iii. de anima cap. xxxix. vbi ponitur non tantum intellectus agēs abstrahere, sed etiam intellectus possibilis, & rursus q intellectus possibilis abstrahat apud Themistium patet eodē

libro cap.li.ꝙ etiam ex Auerroe deducitur tum quia apud eum com.xx.abstractio speciei & receptio sunt operationes eiusdem substantiæ numero, & citat testimonium Alexandri, & dat exemplum, ꝙ vt ignis agit & patitur sic intellectus idem numero abstrahit & recipit abstractum, tum quia apud eundem co.xviii.ac.xxxvi.abstractio est operatio redacta ad volũtatem humanam, sed ea quæ est intellectus agentis illuminantis sed & illuminati, non est redacta ad voluntatem humanam, quare vna etiam abstractio est intellectus possibilis. Item com.v.quatenus agentia & possibilitas sunt proprietates eiusdem substantiæ, & com.xix.hæc autem ratio est alia a priore quatenus illa procedit ex parte receptionis abstractæ speciei, hæc autem ex parte actionis.

¶Impugnatio rationis quartæ. Cap. xi.

HAec ratio patitur impedimentũ ex parte propositionis maioris primo dicendo ꝙ virtus quæ abstrahit adminiculo alieno est adhuc inabstracta, & ꝙ intellectus possibilis abstrahit solum virtute intellectus agentis. Secundo etiam ex parte propositionis minoris asserendo ꝙ intellectus possibilis nullo modo abstrahat cum sit ens in pura potentia vt dicitur libr.iii. de anima tex.com.v.ac in theol.libro.xii.cap.vi.& ꝙ intellectus possibilis est tantũ receptiuus speciei abstractæ, alioquin si haberet actionẽ abstrahendi non oporteret ponere intellectum agentem, cum is ponatur tantum vt agens respectu possibilis, vt tantum vicẽ materiæ habentis ac patiẽtis ab Aristotele libro tertio de anima tex.com.xvii.

¶Defensio rationis quartæ. Cap. xii.

AD hæc impedimenta respondetur ꝙ substantia abstrahens etiam virtute aliena est abstracta, & probatur quoniam vt Plato dixit in timæo nihil agit vltra speciem, quare agẽs si est vniuocum est æqualis perfectionis effectui. Si vero est æquiuocum continet virtute effectum vel propria (si est agens principale) vel aliena sed recepta ab agente principali (si est agens secundarium) & hoc sufficit, virtus.n.materialis nõ potest recipere vim abstractiuam improportionatam, alioquin accidens foret nobilius subiecto. Præterea intellectus agens positus ab Aristotele abstrahit in virtute dei, vt dictum est ex Aristotele in theologia ac Themistio libro.iii.de anima cap.xxxii. vbi etiã ob id vocatur intellectus illuminans & illuminatus, & tamẽ ab Aristotele probatur esse nobilior essentialiter propter hãc rationem, pp quã intellectus possibilis, ergo etiam abstrahere in virtute aliena est proprietas, quæ probat abstractionem a materia. Ad secundum impedimentum dicitur ꝙ intellectus possibilis est etiam in actu essentiæ & existentiæ vt Theophrastus primo dixit ac Themistius confirmauit libro tertio de anima cap.xxxix. immo & Auerrois etiam com.v. ꝙ enim non est ens in actu essentiæ & existentiæ non recipit, nam & materia prima quæ est minus ens quam intellectus possibilis est i actu essentiæ & existentiæ secundum Themistium libro primo phy. immo & secũdum Aristotelem libro.vii.metaphy.tex.com.viii.ac libr.xii.metaphy.tex.com.xiiii. & Auerroem ibidem, dicitur autem intellectus possibilis esse in pura potentia receptiua speciei intelligibilis, nullam habens speciem intelligibilem congenitam vt in theo.libro.xii.cap.vi.ipse explicuit, sicut de materia prima recte Ioãnes Scotus libro secundo sententiarum theologicarum exposuit. Præterea intellectus possibilis est forma, ergo & actus, quare etiam potest habere operatio

nem actiuam maxime virtute aliena, vt habet operationem abstrahēdi, vnde & intellectus possibilis recipit lumen abstractiuum ab intellectu agente vt dicitur in theol. libro. x. cap. primo, quare per illud lumen receptū habet vim etiā abstrahendi actiuam, ad id autem ꝙ adductum est ex libro. iii. de anima respōdetur ꝙ intellectus agens ponitur ab Aristotele tāquā abstrahens principale vt ipse declarat in theol. libro. ix. cap. i. & libro. x. cap. xi. & quāuis intellectus possibilis habeat tantum rationem materiæ ac patientis comparatu agētis, habet tamen etiam rationem agentis siue actiui respectu phantasmatis.

¶ Ratio quinta. Cap. xiii.

AMplius colligitur ratio alia ex Aristotele libro. ii. de gene. animal. cap. iii. talis. Omnis substantia diuina est immortalis, intellectus possibilis est substantia diuina. Ergo intellectus possibilis est immortalis. Propositio maior est Aristotelis lib. vi. metaphysicæ tex. com. ii. & libr. iii. phy. tex. com. xxx. & libro primo de cælo tex. com. c. minor autem est libro secundo de generatione cap. dicto ac. x. ethi. cap. viii. atq; hæc ratio indicatur in theologia mistica libro primo cap. iiii. & libro. vii. cap. v. & libro. x. cap. xv. & fit a Plotino enneade. iiii. libro. vii.

¶ Impugnatio rationis quintæ. Cap. xiiii.

HAec ratio impeditur semel ex parte propositionis maioris dicendo ꝙ substātia appellatur diuina dupliciter, vno modo proprie, & sic propositio maior syllogismi conceditur, alio modo improprie, atq; ita negatur per instantiam datam, tum quia homo dicitur diuinus ab Aristotele in lib. de partibus animalium, tum quia vehiculum appellatur diuinum libro secundo de generatione animalium cap. iii. Item vis formatiua vocatur diuina ab Auerroe lib. xii. com. xviii. Item forma materialis vocatur diuina ab Aristotele libro primo phy. tex. com. lxxxi. & tamen vnumquodq; horum est corruptibile. Rursus quoq; ratio turbatur ex parte propositionis minoris, nam intellectus possibilis non dicitur ab Aristotele diuinus simpliciter, sed tantum comparatu aliorum quæ sunt i homine libro. x. ethi. cap. ix. atq; ita est diuinus improprie. Quare si propositio maior syllogismi est vera minor est falsa, & si minor est vera, maior est falsa, vnde ratio nunquam probat.

¶ Defensio rationis quintæ. Cap. xv.

SEd hæc impugnatio est friuola, quoniam intellectus possibilis appellatur diuinus simpliciter ab Aristotele in libr. ii. de generatione animalium capite adducto, & in libro. x. ethi. cap. viii. Et probatur, nāq; omnis substātia immaterialis simpliciter siue abstracta a materia cōstituente, est diuina simpliciter, intellectus possibilis est substantia immaterialis simpliciter siue abstracta a materia constituente, ergo intellectus possibilis est diuinus simpliciter. Propositio maior prosyllogismi est Aristotelis libro. vi. metaphysicæ tex. com. ii. minor est eiusdem libro primo de partibus animalium cap. primo, maior etiā constat quia substantia taliter abstracta est, etiam abstracta secundum essentiā & existentiam vt colligitur libro. vi. metaphysicæ tex. com. ii. & primo de anima tex. com. xi. quare est diuina simpliciter quia est cointellectualis deo, ad instantiā homo non vocatur diuinus ab Aristotele, sed natura & substantia hoīs

ideſt intellectus libro.iiii.de partibus animalium cap.ix.Præterea quāuis vehiculum dicatur diuinum improprie,tamen intellectus poſſibilis dicitur diuinus proprie, qđ & probatur,nā qđ eſt tale per accidēs reducitur ad tale per ſe vt conſtat libro.ii.metaphyſicæ com.iiii.ac in Parmenide Platonis, quare cum vehiculum appelletur diuinum propter itellectum poſſibilem, cuius eſt proximum ſubiectum formabile ſequitur vt intellectus poſſibilis ſit per ſe diuinus.i. eſſentialiter quomodo omnis ſubſtantia abſtracta.i.independens a materia eſt diuina,nec item virtus formatiua dicitur libr.xii. metaphyſicæ com. xviii. ab Auerroe,diuina,ſed rememorata ab arte diuina,nec primo phy.forma materialis vocatur diuina,ſed vt Themiſtius exponit materia appetit formam vt imitetur bonum diuinum. Et libro.x.ethi.non dubitatur an intellectus poſſibilis ſit diuinus,ſed an ſolus is intellectus inexiſtens, an etiam alius vt intellectus agens dirigat hominem ad bonum,& in theologia libro.iii.cap.ix. dicitur ꝙ ſupra intellectum poſſibilem non eſt alius qui gubernet hominem tanquā vȝ forma propria,neq; vt neceſſarius propter mortalitatem intellectus poſſibilis vt quidam putabant,ſ quis ſit neceſſarius homini ſuperintellectus vt abſtrahens principale,ſicut iam dictum.

¶Ratio ſexta. Cap. xvi.

PRæterea affertur a Plutarcho in hiſtoria philoſophorum ratio ad probandum immortalitatem animi ex participatione diuinationis & imponit Ariſtoteli,ac dicitur fuiſſe etiam diarchi,colligitur autē ex libro de ſomno cum dicitur natura hominis eſt demonia.i.diuinaria,& ratio eſt talis.Omnis ſubſtantia particeps diuinationis eſt immortalis intellectus poſſibilis eſt ſubſtantia particeps diuinationis,ergo intellectus poſſibilis eſt immortalis.Propoſitio maior probatur,quoniam omnis ſubſtantia receptiua præcognitionis futuri a ſubſtantia abſtracta immediate eſt abſtracta,& conſequenter immortalis ſed anima rationalis particeps diuinationis eſt receptiua præcognitionis futuri a ſubſtantia abſtracta immediate vȝ ab intelligentia agente, ergo anima rationalis ſiue intellectus poſſibilis qui eſt idem,eſt immortalis. Propoſitio maior colligitur ex Auerroe libr.vii.metaphyſicæ tex.com.xxviii. vbi dicitur ꝙ ſubſtantia materialis non recipit immediate ab immateriali. Minor eſt Auerrois in libro de ſomno:& poteſt etiam ſic deduci. Omnis virtus illimitata ad tempus præſens eſt incorruptibilis,ſubſtantia quælibet particeps diuinationis eſt illimitata ad tempus præſens,ergo quælibet ſubſtantia particeps diuinationis eſt incorruptibilis.Propoſitio maior patet,nam limitatio ad tempus præſens eſt ſignum corruptibilitatis,quare illimitatio ad tempus præſens eſt ſignū incorruptibilitatis,minor patet ex eo ꝙ intellectus comprendit tempus futurū ſenſus autem percipit ſolum tempus præſens, vt colligitur libro.iii.de aīa tex. com.liii.Si autem operatio eſt illimitata & tanto magis eſſentia, hæc ratio fit etiam in theologia myſtica libro.iii.cap.vii.

¶Impugnatio rationis ſextæ. Cap. xvii.

HAec ratio turbatur multipliciter.Primo quidem ex parte propoſitionis minoris,quatenus Ariſtoteles negat diuinationem ſomniariam proue

uenire a deo, quia si a deo proueniret talis diuinatio contingeret solum aut maxime sapientissimis, cuius contrarium apparet. Idem autem dici potest si diuinatio somniaria proueniat ab intelligentia agente. Secundo etiam ratio impeditur ex parte propositionis maioris. Quoniam phantasia secundum Auerroem recipit diuinationem ab intelligentia agẽte, sicut enim ait cognitio vniuersalis fit singularis. Item pars animæ diuinaria est organica secundum Platonem in timæo, siquidem vt ibi dicitur est in hepate, quare est corruptibilis. Rursus auguria sunt vera concessa a Platone in libro de legibus & ab Aristotele in historiis animalium libro. vi. cap. ii. & libr. ix. cap. primo, quare aues etiã præsagiunt futurum, & ita recipiunt diuinationem ab intelligentia agente. Amplius probatio prima maioris impeditur per instantiam, materia enim in generatione animalium præcipue æquiuoca recipit animam ab intelligentia agente secundum Themistium libro tertio de anima cap. xliiii. & iuxta Auerroem libro secundo de anima com. lix. Item sensibile recipit vim agẽdi in sensum ab intelligentia agente secundum Auerroem libro secundo etiam de anima com. lx. Iterum probatio. ii. impeditur etiam per instantiam ad maiorem propositionem quatenus anima bruti est illimitata ad tempus præsens, & tamen est corruptibilis, ꝙ autem sit illimitata ad tempus præsens ex eo constat, ꝙ etiam ipsa cognoscit futurum iuxta Themistium lib. iii. de anima cap. lxiiii. & patet experimento in ape & formica agentibus propter futurum.

¶Defensio rationis sextæ. Cap. xviii.

SEd ad hæc impedimenta dicitur. Ad primum ꝙ Aristoteles negat diuinationem somniariam prouenire a solo deo, non secundum dispositionem hominum, non autem negat eam prouenire ab intelligentia agente, nec est eadem ratio, vtriusꝗ, quoniam si solus deus ex se pro arbitrio immitteret diuinationem somniariam, immitteret solis sapiẽtibus sibi caris, vt dicitur lib. x. ethi. cap. x. non aut ita est de intelligentia agente, quæ agit secundum dispositionem hominum, vnde immittit solum dormientibus, quoniam phantasia in illis est minus occupata externis motibus, quare est aptior ad receptionem, sic etiam contigit exstaticis & imprudentibus. Ad secundum dicitur ꝙ non phantasia recipit immediate ab intelligentia agente, sed per intellectum possibilem medium. Et si rursus dicatur, ergo saltem recipit phantasia immediate ab intellectu possibili, negatur consequentia, nec enim phantasia recipit immediate ab intellectu possibili, sed per intellectum possibilem medium ab intelligentia agente, sic etiam materia non recipit immediate animam ab intelligentia agente, sed per vim formatiuam mediam, immo etiam ab ipsa vi formatiua agente immediate recipit. Sed rursus obiicitur, quoniam intellectus possibilis agit immediate in phantasma, abstrahendo, & phantasma in intellectum possibilem, imprimendo speciem intelligibilem. Item fœtus animatus anima sensitiua immediate recipit animam rationalem ab intellectu agente vt habetur in theologia libro decimo cap. sexto immo etiam animal humanum, idest corpus formatum anima sensitiua humana recipitur immediate intellectum patibilem ab intellectu possibili, vt dicitur in theologia libro tertio cap. sexto, quare videtur illa maxima destrui quæ est nulla substantia materialis recipit immediate a substantia immateriali. Quare aliter melius dici potest ꝙ nulla virtus materialis potest imediate recipere

præcognitionem futuri, quæ est operatio immaterialis, etiam ab agente imateriali, quod autem præcognitio futuri sit operatio imaterialis patet, quia est illimitata ad tempus præsens, & sic patet ad reliquum de intelligentia quæ vel agit in sensibile: vel in sensum. Ad aliud ex Platone dicitur ꝙ hepar non est organum virtutis animæ diuinariæ sed obiectum, cuius signum est ꝙ comparatur speculo: ꝙ est obiectum visus non organum. Virtutis autem incorruptibilis potest esse obiectum maxime temporarium corruptibile vt ante dictum. Ad illud de auguriis dicitur ꝙ aues potius recte loquendo præsignificant futura, quam præsagiant.i.præcognoscant, & hoc satis est vt auguria saluenē, aues autem præsignificāt futura ab vniuersali natura directæ, vt natura ad finem destinata, quæ tamen nō præcognoscit finem, sicut sagitta a sagittario, ac velut multa alia signa meteorica inanimata. Ad aliud de brutis dicitur ꝙ illa nō præcognoscunt futurum maxime simpliciter, nec aliter Themistius ait asserendo: sed obiiciendo, immo Themistius probat ꝙ brutum non cognoscit futurum quia ab eo non patitur, nec brutum agit propter futurum quia præcognoscat illud, sed ex instinctu naturæ, vt Aristoteles testatur libr.ii.phy. tex. com. lxxx. & in.ix.de histo.animal.cap.primo, vnde formica etiam quæ nunꝗ percipit hiemem colligit grana propter victum in hieme futura.

¶ Ratio septima. Cap. xix.

RVrsus colligitur ratio ab Auerroe libr.iii.de anima com.xxxvi. & est huiusmodi. Omnis substantia intellectiua substantiæ abstractæ est abstracta & consequenter immortalis, intellectus possibilis est substātia intellectiua substantiæ abstractæ. Ergo intellectus possibilis est substantia abstracta & consequenter immortalis. Propositio maior patet, quoniam omnis virtus vnibilis immediate cum obiecto abstracto est abstracta, omnis autē substantia intellectiua substantiæ abstractæ est talis, quare est abstracta, maior propositio huius prosyllogismi patet ex se, minor colligitur ex Auerroe libro.iii. de anima com.v. vbi dicit ꝙ ex intellectu obiectoq; intellecto fit magis vnum quam ex materia & forma, & in theologia libro.xi.cap.xii. Rursum confirmatur omnis locus rei æternæ est æternus, sed intellectus est locus obiecti æterni, ergo intellectus (de possibili loquor) est æternus, maior habetur libro primo cæli tex.com.c.minor autem propositio libro tertio de anima tex. com. vi. Propositio autem syllogismi principalis minor vз ꝙ intellectus possibilis intelligat substantias abstractas habetur libro nono metaphysicæ tex. com.xxii. & libro.xii.tex.com.xxviii.& libro.x.ethicorum cap.ix. ac.x. & Themistius ita probat libro tertio de anima cap.li.vз si intellectus possibilis intelligit formas materiales abstrahendo illas a materia, tanto magis intelligit formas immateriales minime laborans non abstrahendo. Sed huic obiicitur, respondendo ꝙ intellectus possibilis intelligit substantias abstractas solum quo ad quia, & sic ratio titubat ex parte minoris, sed destruitur talis responsio quoniam Aristoteles libro nono metaphysicæ tex.com.adducti aperte loquitur de itellectione quidditatiua substātiarū abstractarū. Item lib.i.phy. tex.com.vltimi, & lib.ii. tex.com.xxvi.ait ꝙ ꝯsideratio quidditatiua substātiarū abstractarū pertinet ad metaphysicā, ꝙ si foret impossibilis nō pertineret. Amplius probaē propositio syllogismi minor sic. Oīs substantia felicitabilis ꝑ operationē optimā attingit per eam obiectum optimū, intellectus possibilis est substantia felicitabilis per

operationem optimã, ergo itellectus possibilis p operationẽ attingit obiectũ optimum, tale est substantia abstracta. Propositio maior prosyllogismi colligitur ex Aristotele libro.x.ethic.cap.ix.&.x.minor supponitur ex primo libro ethi.ac probatur, quia appetitus naturalis ad felicitatem itellectus possibilis nõ debet frustrari aut igitur impletur in hac vita & sic habetur propositum, aut in alia & sequitur intentum. Rursus confirmatur ex Auerroe libro secundo metaphysicæ com.ii. si substantiæ abstractæ nunquam intelligerẽtur ab homine forent otiosæ.i.fines inaniter instituti hominis, sunt.n. vt intelligantur ab homine intentione secundaria, non primaria. Item probatur ratiõe ex Platone.vii. de rep. quæ fuit etiam accepta ab Auẽpace, omnis potentia cognoscẽs genus substantiæ abstractæ per resolutionem vt ens vel substantiam potest cognoscere differentiam per diuisionem ac per compositionẽ, speciem, itellectus possibilis cognoscit genus substantiæ abstractæ per resolutionem vz ens ac substantiam, ergo potest cognoscere differentiam substantiæ abstractæ per diuisionẽ & consequenter ipsam substantiam abstractam per cõpositionem, hæc ratio immortalitatis fit etiam in theologia libro.iii.cap.vii. & lib.xi.cap.ii. & libro x.cap.primo, & a Plotino enneade.iiii.libro.vii.

¶Impugnatio rationis septimæ. Cap. xx.

HAec ratio turbatur modis pluribus, imprimis ex parte propositiõis maioris ab Auẽpace vt refert Auerrois libr.iii. de anima com.xxxvi. & destruitur per instantiam, ꝙ aliqua potẽtia corruptibilis attingit obiectũ incorruptibile, vt intellectus patibilis attingit substantiam cæli æternã, vt colligitur libro ii. de anima tex.com.lxiii. Similiter etiam visus lucem cæli perpetuam libro.ii. de anima tex.com.lxviii. Rursus hæc ratio impedit ex parte propositionis minoris ab Alpharabio vt idem Auerrois testatur, & ratio affertur, nam substãtia abstracta est obiectum improportionatum intellectui possibili. Ergo non potest ab eo intelligi, antecedens patet ex Aristotele libro.ii.metahpysicæ tex.com.primi. Rursus substantia abstracta non intelligitur per essentiam ab intellectu possibili cum sit improportionata, nec per phãtasma, cum nullum phãtasma possit repræsentare illam, natura enim corporalis, & natura incorporalis valde distant, vt dicitur libro primo de anima com.xlix. Item facta fuit quæstio ab Aristotele libro.iii.de anima tex.com.xxxvi. an intellectus possibilis intelligat substantias abstractas & insoluta dimissa illic atq; alibi inqt Auerrois in comentario, ergo signum est ꝙ substantia abstracta non percipiẽ ab intellectu possibili. Item si intellectus possibilis aliquando intelligeret substantias abstractas, aliquis modus foret quo intelligeret eas, sed is non potest assignari, ergo intellectus possibilis non intelligit substantias abstractas. Amplius intellectus possibilis tantum ratione exemplari ac conceptu imaginario percipit substantias abstractas inquit Aristoteles in theologia libro decimo cap.septimo. Item libro nono cap.secundo non intelligit substantias abstractas momento, quia non sine cogitatione. Amplius intellectus agens est qui intelligit substantias abstractas secundum Themistium in proemio physicorum, quare hæc ratio non potest applicari intellectui possibili. Amplius ratio prima Themistii impeditur quoniam vt Auerrois ait com.xxxvi. supposita mortalitate non est necessaria, nec enim si substantia abstracta est ex sua natura maxime intelligibilis, sequitur vt intelligatur ab intellectu humano,

ficut non etiam fequitur ꝙ fi lux Solis fit in fe maxime vifibilis, ꝙ fit vifibilis ab oculo nicticoracis. Secunda item probatio impeditur dicendo ꝙ intellectus poffibilis felicitatur attingendo obiectum optimum quidem fed poffibile attingi, ꝙ autem fubftantia abftracta fit obiectum poffibile attingi negatur in propofito, nec probatur, nam appetitus naturalis eft ad optimũ fed poffibile, appetitus autem ad intelligendum fubftãtias abftractas eft intellectualis, qui eft etiam ad impoffibile vt patet libr.iii.ethi.cap.v. Rurfus probatio ex Auerroe impeditur negando ꝙ fubftantiæ abftractæ fint fines intelligendi ab homine. Amplius negatur ꝙ potentia cognofcens genus per refolutionem, poffit etiã cognofcere fpeciem, & enim homo intelligit odorem genus, & ignorat differentias multarum fpecierum odoris, vt dicitur libro.ii.de anima tex. com. xcii. Præterea intellectus cognofcit ftellam genus & ignorat multas fpecies, vt colligitur libro.ii.cæli com.xvi.nec.n.femper contingit diuidendo peruenire ad fpeciem quando vʒ differentia latet.

¶ Defenfio rationis feptimæ. Cap. xxi.

SEd ad impedimẽta talia dicitur imprimis ꝙ propofitio maior fyllogifmi principalis intelligitur de intellectione non difcurfiua fed de vifiua fiue intuitiua, dicta ab Auerroe libro.ix.metaphyficæ tex.com.xxii.quæ eft nõ per fpectrum feu fpeciem obiecti, fed per effentiam, non obiecti, fed fubftantiæ intelligentis, in qua relucet obiectum vt in forma exemplari, vt exponitur in theologia myftica libro.x.cap.primo, vnde fenfus eft omnis fubftantia intellectiua fubftãtiæ abftractæ per fui effentiam rep̃fentantem eft abftracta, alioquin non reprefentaret illam abftractam. Sed tunc occurret obiectio ꝙ intellectus patibilis cum fit idolum intellectus poffibilis reprefentabit etiam ipfe intellectum poffibilem: & tũc ĩtelliget per fui effentiam intellectum poffibilem. Sed refpondetur quod quamuis intellectus patibilis fit idolum ĩtellectus poffibilis, tamen eft materiale, quare non poteft reprefentare, neq; confequenter intelligit per fui effentiam intellectum poffibilem, & fic inftantiæ ceffant, nec.n.fũt ad propofitum, cum non affirmatur propofitio talis vniuerfaliter omnis fubftantia attingens obiectum incorruptibile eft incorruptibilis. fed vt dictũ. Ad aliud dicitur ꝙ fubftantia abftracta eft obiectum per accidens improportionatum intellectui poffibili ante difpofitionem, vnde & illud dictum fecundi libri metaphyficæ, non fignificat impoffibilitatem fed difficultatẽ intelligendi fubftantias abftractas, ait Auerrois ibidem. Ad aliud, dictum eft ꝙ intellectus poffibilis per fui effentiam intelligit fubftantias abftractas. Ad aliud quæftio an intellectus poffibilis intelligat fubftantias abftractas infoluta quidem in libro de anima relicta eft, fed foluta libr.ix.metaphyficæ tex.com.xxii. Ad Auerroem di. ꝙ non negat Ariftotelẽ determinaffe ꝙ intellectus poffibilis ĩtelligat fubftãtias abftractas, fed modũ ĩtelligẽdi eas in libris ab eo lectis, vnde & ad aliud dicitur ꝙ eft aliquis modus intelligendi fubftantias abftractas vʒ per effentiam intellectus poffibilis ab eo intellectam, in quo poftea relucent fubftãtiæ abftractæ, maxime intellectus agens, qui tunc vnitur illi etiam vt forma exemplaris in qua relucent omnes reliquæ fubftantiæ abftractæ vt pofuit Auerrois, fed nõ expofuit, ita autem a nobis primo interpretatur, triplex.n.eft vnio intellectus agentis cum poffibili. Prima qua vnitur vt forma cõftituens. Secunda vt forma cooperãs. Tertia vt forma exemplaris, reprefentata & reprefentãs, quæ ita cõtigit. Intellectus nãq; poffibilis per philofophiam rationalem primo inftructus vt dicitur in proemio metaphyficæ, fecundo per philofophiam moralem

purgatus

purgatus & maxime habitum heroico virtutum insignitus ex Platone in Epinomide, & vt etiam colligitur libro.x.ethi.cap.viii.ac.ix.& libr.vii. phy. tex. com.xxii.ac vt dicitur aperte in theologia libro. vii.cap.ix.& libr.xii. cap.xxi. & libro.xiiii.cap.vi.Tertio per physiologiam eruditus, vt colligitur ex Themistio in proemio phy.Quarto per mathematicas eleuatus, vt colligitur ex Auerroe in proemio phy.ac Platone in.vii.de rep.maxime autem per astrologiam, vt ibidem Plato & Aristoteles libro.xi.theologiæ cap.primo. Quinto autem per metaphysicam perfectus ex Aristotele in proemio eius ac Platone libro.vii.de rep.Intellectus i quam possibilis ita per philosophiæ gradus dispositus, intelligit se ipsum vt in theologia dicitur libro.ii.cap.iiii.ac lib.xi.cap.ii. ac libro.x.cap.primo, ac intelligendo se ipsum perfecte per essentiam sui intelligit substantias abstractas, intelligit enim primo post se intellectum agentem & per illum substantias reliquas abstractas libro secũdo theol.cap.v. Ad aliud intellectus possibilis quo ad intellectionem discursiuam intelligit substantias abstractas ratione exemplari.i.a posteriori, & conceptu imaginario.i.per imaginationes collecto, vel imaginationibus coniuncto quo ad proprietates earũ substantias sensibiles respicientes, vt dicitur libro.ii.phy.tex.com.xxvi. vel dictum illud comparatu intellectionis, quam habet itellectus possibilis separatus accipiẽdum est. Similiter ad reliquum. Ad aliud ex Themistio dicitur ꝙ intellectus agens non solus, sed pcipue intelligit substantias abstractas, vel ꝙ ita dicitur quia per agentem substantiæ abstractæ intelliguntur vt expositum fuit. Ad improbationẽ rõnis Themistii respondetꝰ ꝙ Auerrois ait illã nõ esse necessariã supposita mortalitate itellectus possibilis, nõ negata imortalitate vt est in proposito. Ad aliud dicitur ꝙ apud Aristotelem substantia abstracta est obiectum possibile attingi, & hoc satis est siquidem substantia abstracta cadit sub ente scibili ab intellectu humano, vt colligitur libro.vi.metaphysicæ tex.com.ii.Præterea anima rationalis est substantia proculdubio proxima substantiæ abstractæ, & cum omnis substantia felicitabilis ab alia, felicitetur per nobiliorem perficientem, sequitur vt anima rationalis attingat substantiam abstractã per operationem. Sic enim omne obiectum proximum substantiæ felicitabili potest attingi ab ea, sic etiam patet quomodo substantia abstracta est finis intelligendus ab intellectu humano. Ad aliud dicitur ꝙ ratio probat possibilitatem attingendi obiectum & si non actum, ꝙ satis est propositio, quia omne cadens sub obiecto cõmuni potentiæ, etiam cadit sub potestate potentiæ respiciẽtis obiectum illud. Neqꝫ instantiæ faciũt ad propositum, nam si quis odor sit imperceptibilis ab odoratu humano, non odor simpliciter est obiectum odoratus humani, & si aliquod visibile sit imperceptibile a visu humano, non visibile simpliciter est obiectum visus humani.

¶Ratio octaua. Cap. xxii.

PRæterea fit ab Auerroe libro tertio de anima co.xix.alia ratio huiusmodi. Omnis virtus comprendẽs infinita est immaterialis simpliciter & cõsequenter immortalis, intellectus possibilis comprendit infinita, ergo intellectus possibilis est immortalis. Propositio maior ita probatur ab Auerroe. Omnis virtus materialis tantum comprendit finita, ergo omnis virtus non tãtum comprendens finita est immaterialis conuersione per cõtrapositionem ex libro secundo top. Minor item probatur, nam intellectus comprendit vni-

uersale simpliciter libro primo posteriorum analyticorum, sub quo sunt singularia infinita, immo totum vniuersale est suæ partes libro primo phy. com. v. quare cum partes sint infinitæ, sequitur vt ipsum totum sit infinitũ, hæc aũt ratio iterum sic deduci potest omnis virtus potens successiue agere intellectiones infinitas est durationis infinitæ. Intellectus possibilis est virtus potens successiue agere intellectiones infinitas, ergo intellectus possibilis est duratiõis infinitæ. Propositio maior patet per se ac lib. vi. phy. tex. com. lxii. nec enim infinita possunt successiue in tempore finito agi, minor probatur quoniam omnis virtus intelligens vniuersale simpliciter potest intelligere omnia sigularia contenta sub eo, quæ sunt infinita, quare nequeunt simul intelligi, alioquin intellectus humanus foret perfectionis iufinitæ attingens ea omnia vno actu, infinito, vel actibus infinitis simul, hæc ratio immortalitatis etiam facta est ab Aristotele in theologia libro. xii. cap. v.

¶ Impugnatio rationis octauæ. Cap. xxiii.

ISta ratio impugnatur, imprimis ex parte propositionis maioris dicẽdo ꝙ duplex est infinitum vnum in actu & alterum in potentia libro tertio phy. tex. com. lvi. & ꝙ omnis potentia comprendens infinitum actu est infinita, virtus autem comprendens infinitum potentia non est infinita, vnde stãte propositione maiore vera. ſ. omnis virtus comprendens actu infinita est imortalis negatur minor quæ est falsa, vz intellectus possibilis comprendit actu infinita. Siquidem vt dicitur libro secundo metaphysicæ tex. com. xiii. intellectus possibilis comprendit tantum infinita potentia, immo vt dicitur ibidem intelligit lineam infinitam finite. Amplius dicit Themistius libro tertio physicorũ paraphrasi tex. vltimi ꝙ neq; intellectus attingit infinitum successiue, sed desistit ad finitum. Item Aristoteles libro primo de anima tex. com. xliiii. ait ꝙ intellectio non est motus circularis quia est finita. Præterea vt refert Auerrois libro tertio de anima com. xix. ratio turbatur ab Auempace ex parte propositionis minoris dicente ꝙ non intellectus possibilis sed agens intelligit infinita, & sic ratio non probat intellectum possibilem immortalem sed agentem.

¶ Defensio rationis octauæ. Cap. xxiiii.

SEd ad hæc impedimenta dicitur ad primum ꝙ etiam propositio syllogismi maior est vera, vz omnis virtus quæ intelligit potentia. i. successiue infinita est infinita, ita enim ratio ad probationem propositionis maioris etiam valet. Intellectus autem possibilis intelligit actu. i. simul finita vt probatũ est, sed hoc non repugnat quin intelligat successiue infinita vt in ratione assumitur. Ad dictum libro primo de anima, dicitur ꝙ itellectio est finita. i. ex vno ad vnum aliud, vt Themistius exponit, quare non est circũlatio quæ est ab eodem ad idem. Ad aliud dicitur ꝙ etiam intellectus possibilis intelligit infinita, siquidem intelligit vniuersale, siquidem datur opinio vniuersalis, quæ non est alterius intellectus quam vniuersalis, non enim est agentis, cum opinio non sit in illo, nec patibilis, cum non vniuersaliter comprendat. Præterea secundum Themistium in proemio phy. Intellectus possibilis versatur circa naturalia in quibus formantur propositiones vniuersales vt omne corpus naturale est mobile libro primo cæli tex. com. v.

¶Ratio nona. Cap. xxvi.

AMplius omnis forma corruptibilis est educta ex potẽtia materiæ ab agẽte materiali, anima rationalis non est educta ex potẽtia materiæ ab agẽte materiali, ergo anima rationalis nõ est corruptibilis. Propositio maior patet, quoniam omnis forma quæ subest actioni agentis materialis corrũpentis, subest etiam actioni agentis materialis generantis, siquidem eadem est ratio ꝙ esse subsit agenti materiali sicut non esse. Propositio minor est Aristotelis libro secundo de generatione animalium cap.iii. vbi aperte dicitur ꝙ intellectus extrinsecus accedit & in libro de proprietatibus elementorũ, vbi etiã dicitur ꝙ anima rationalis a deo prouenit: ac in tota theologia præcipue libr. ii. cap. v. & libro. iii. cap. iiii. libro. x. cap. v. ac. vi. & libr. xii. cap. xiii. vbi in summa dicitur ꝙ creata est ab intellectu agente immediate quidem, a deo autem principaliter. Amplius arguit Auerrois libr. iii. de anima com. v. Si intellectus possibilis factus fuisset ab agente materiali, etiam ipsa intellectio fieret ab agente materiali, vz ab obiecto sensibili vel phantasmate non concurrente intellectu agente, ꝙ est falsum vt constat libro. iii. de anima tex. com. xviii.

¶Impugnatio rationis nonæ. Capi. xxvi.

SEd hæc ratio patitur impedimentum primo ex parte propositionis maioris, nam facilius est corrumpere quam generare, sicut destruere quam cõstruere, vt dicitur libro. viii. topi. & patet experimento in multis. Quare aliqua forma est corruptibilis ab agente materiali quæ non est generabilis ab agente materiali. Item ratio turbatur ex parte minoris, nam dicitur libro primo de anima tex. com. lxvi. ꝙ intellectus videtur intus fieri. Rursus libro secundo de generatione animalium cap. iii. dicitur ꝙ intellectus continetur in parte seminis spiritali. Item cum dicitur libro secundo de generatione animalium cap. iii. intellectus extrinsecus accedere exponitur. i. ab agente materiali virtute agentis immaterialis extrinseci. Amplius afferuntur rationes factæ libro. iiii. ꝙ intellectus possibilis sit generabilis.

¶Defensio rationis nonæ. Cap. xxvii.

AD hæc ĩpedimenta dr̃ ꝙ q̃uis facilius sit corrũpere q̃ generare, ois tñ forma corruptibilis ab agẽte mãli est generabilis etiã ab agẽte mãli, nã ois formã q̃ põt esse p potentiã materiæ, põt fieri ab agẽte mãli ex tali mã. Ois aũt forma corruptibilis põt esse p potentiã materiæ, ergo ois forma corruptibilis põt fieri ab agente materiali. Propõ maior colligi lib. i. de cælo com. cxxiiii. minor com. cxxxvi. Possibile nãq; ex parte materiæ est æquale possibili ex parte agẽtis. Ad impedimẽtũ. ii. ac. iii. fuit iam dictũ lib. iiii. Ad quartũ dr̃ ꝙ si illa interpretatio valeret non esset differentia inter aĩam sensitiuã ac intellectiuam, nam sensitiua etiam fit a virtute formatiua vi intelligentiæ agentis extrinseci, vt Auerrois testatur libro secundo de anima com. lix. & libr. xii. metaphy. com. xviii. ac Themistius lib. iii. de aĩa cap. lii. Et falsitas interpretationis colligitur ex Aristotelis intentione qui proponens illic an omnes animæ

prouenia̍nt ab agente intrinſeco & ex materia ſeminali educantur, reſpondet ꝙ intellectus accedit extrinſecus, hoc eſt neq; ab agente intrinſeco neq; genitus ex materia ſeminali.

¶ Ratio decima. Cap. xxviii.

PRæterea fit ratio huiuſmodi, ſi anima rationalis foret mortalis: nunquã mors foret præeligenda vitæ ſecundum rationem rectam, ſed mors aliquando eſt præeligenda vitæ ſecundum rationem rectam, ergo anima rationalis nõ eſt mortalis. Propoſitio maior patet, nam quilibet homo habet appetitum naturalem ad eſſe, vt dicitur libro ſecundo de anima tex co.xxxiiii. & colligitur ex Boetio in conſolatu philoſophiæ, ac probatur, eſſe enim eſt melius quam non eſſe libro ſecundo de generatione tex.com.lix. & eſſe proprium eſt melius q̃ eſſe cõmune, ibidẽ. Amplius omnis appetitus naturalis eſt rectus, ſiquidem dirigitur ab intelligentia non errante libro.xii. metaphyſicæ com.xviii. Si vero anima rationalis foret mortalis electio mortis foret contraria appetitui naturali, quare conſequenter non foret recta. Nullus enim appetitus contrarius recto eſt rectus. Non enim repugnans bono eſt bonum, minor propoſitio ſyllogiſmi colligitur ex libro.iii.ethi.cap.ix. vbi præcipitur mortem eſſe præeligẽdam vitæ a viro forti. Item colligitur ex Themiſtio in proemio phy. & ab Auerroe. Item ex Ariſtotele libro ſeptimo politicæ, atq; Platone in legibus.

¶ Impugnatio rationis decimæ. Cap. xxix.

HAec ratio impeditur ex parte propoſitionis maioris quatenus anima propria ſingulis hominibus eſt mortalis apud Auerroem libro.iii. de anima com.v. & tamẽ mors eſt præeligẽda homini orbato perfectione humana vel perfecto ſed ſpoliando, vt patet ex proemio eiuſdem in libro phy. tãquã melius ſit non eſſe quam eſſe imperfectum. Item nõ eſſe indiuidui eſt melius q̃ non eſſe populi, cum illud ſit priuatio eſſe vnius, hoc autem priuatio eſſe multorum, ergo non eſſe indiuidui eſt præeligendum ſecũdum rationem rectam non eſſe populi, & ita ſalus totius etiã eſt præeligẽda ſaluti ꝓpriæ, vt patet etiam in manu quæ inſtinctu naturali exponit ſe pro capite.

¶ Defenſio rationis decimæ. Cap. xxx.

SEd contra ſalus propria eſt maius bonum indiuiduo q̃ ſalus ſpeciei. Ergo ſalus propria eſt præeligenda ſecũdum rationem rectam ſaluti ſpeciei, antecedens patet libro.ii. de gene.tex.com.lix. vbi dicitur ꝙ eſſe proprium eſt melius q̃ eſſe cõmune. ſ. indiuiduo, conſequentia deducitur nam vt maius bonum eſt præeligendum libro.iii.top. ſic maius bonum alicui eſt præeligendum illi, vt ſectio membri eſt præeligenda ab aliquo, ipſi membro proprio qa eſt melior illi, libro.iii. etiam top. & libro.x.ethi.cap.vi. Exemplo Heracliti, natura in aſino præeligit ſtramẽtum ſibi melius quam aurum. Amplius ſalus ſpeciei eſt eligenda propter ſalutem indiuidui, ergo ſalus indiuidui eſt præeligenda ſaluti ſpeciei, antecedẽs patet ex Ariſtotele lib.ii. de anima tex. com.xxxiiii.

& libro secundo de generatione tex.com.lix.& ex Platone in legibus consequentia probatur per illam maximam libri primi post.analy.propter qd' vnũquodq; tale est illud magis. Ad obiectiones,ad primã Auerrois dixit illud secũdum opinionem Themistii qui posuit intellectus possibiles plures ac immortales,vt iam dictum. Ad secundum negatur ꝙ non esse simpliciter sit melius ꝙ esse imperfectum. Ad tertiam similiter negatur ꝙ non esse indiuidui sit melius illi ꝙ non esse speciei vel populi. Ad exemplum de manu negatur ꝙ ipsa se exponat pro capite,sed dicitur ꝙ natura totius exponit partẽ pro toto, sicut natura vniuersalis seruat terram discoopertam ad salutem aialiũ terrestriũ.

¶Ratio vndecima. Cap. xxxi.

AMplius si omnis anima foret mortalis apud Aristotelem, omnis etiam anima foret inseparabilis apud eundem,nec de hoc foret dubitatio,sed consequens est falsum vt constat libr.ii.de anima tex.com.xi.vbi quæritur an omnis anima sit actus vt nauta nauis,consequentia deducitur,quia tãtum dubitatur ab aliis de anima rationali vt dicit Auerrois libro secundo phy. com.xxi.Si autem omnis anima foret inseparabilis iam constaret ꝙ nulla anima foret actus vt nauta nauis,hæc ratio fit etiam in theologia libr.iii. cap. vii. hac forma,omnis actus separatus est incorruptibilis, anima rationalis est actus separatus,ergo anima rationalis est incorruptibilis.

¶Impugnatio rationis vndecimæ. Cap. xxxii.

HAec ratio impeditur respondendo, ꝙ dubitatur de anima an sit actus corporis vt nauta nauis.i.separatus non tantum propter immortalitatem animæ rationalis assertam, sed propter inseparabilitatem consequentem ad ipsum animã esse actum corporis.

¶Defensio rationis vndecimæ. Cap. xxxiii.

SEd dicitur ꝙ ex hoc ꝙ anima est actus corporis,non sequitur ꝙ sit inseparabilis apud Aristotelẽ.Ergo mihi satis est ꝙ ex hoc ꝙ anima est actus corporis non sequitur apud Aristotelem vt sit inseparabilis quomodo Alexãder putauit & Gregorius Nicenus secutus alexandrum.Præterea in theologia loco adducto formatur ratio quæ non tantum excludit consequentiam mortalitatis ad animam rationalem per hoc ꝙ est actus separatus corporis,sed probat immortalitatem vt patuit.

¶Ratio duodecima. Cap. xxxiiii.

AMplius colligitur ratio a doctissimo Principe Ioanne Pico Mirandulano ex aristotele i libro de vtraq; fortuna,talis omnis anima solum mobilis a deo est immortalis,anima rationalis est solum mobilis a deo, ergo anima rationalis est immortalis.Propositio maior deducitur quoniam si foret mortalis facile posset ab alio agente etiam materiali moueri, hoc autem est signum ꝙ anima rationalis est libera & consequenter immaterialis.

¶Impugnatio rationis duodecimæ. Cap. xxxv.

HViusmodi ratio patitur controuersiam ex parte propositionis minoris quatenus anima rationalis mouetur tũ ab intelligentia agente ex Auerroe in libro de somno, ac in theol. libro.ix.cap.i. tũ a phantasmate, in theologia lib.x.cap.vii.ac.ix.intelligẽtia aũt agẽs non est deus vt iã declaratũ.

¶Defensio rationis duodecimæ. Cap. xxxvi.

HOc impedimentum facile tollitur, quoniam vt colligitur ex Aristotele loco adducto. Propositio maior syllogismi intelligitur de motu inclinationis ad aliquid agendum per impetum inditum, vt dicitur quoq; in theologia libro.xii.cap.iiii. sic enim anima rationalis mouetur a solo deo vt ibi constat, anima autem rationalis aliter mouetur ab intelligentia agente motu vz illuminatiõis vt ex Themistio colligitur lib.iii.de anima cap.xxxvii. & Aristotele in theologia locis citatis, a phãtasmate autem mouetur motu respectiuo vt ex Auerroe colligitur libro.vii.phy.com.xx. & in theologia libro secundo cap.iiii. ab intelligentia item agente secundum Auerroem mouetur motu reuelationis, non autem mouetur ab intelligentia agente motu gubernationis.i.inclinationis, vt aperte dicitur in theologia libro.iii.cap.vi.

¶Ratio decima tertia. Cap. xxxvii.

RVrsus fit ratio ab Auerroe libro tertio de anima com.v. talis omne probabile est verum, sed animam rationalem esse immortalẽ est probabile, ergo animam rationalem esse immortalem est verum. Propositio maior colligitur ex Aristotele in elenchis libro primo cap.ix. minor autẽ probatur ab Auerroe ita quoniam omnes antiqui per apologos.i.narratiões continentes gesta, vt cõstat apud Platonem, significant animam rationalem esse immortalem. Item hoc patet per omnes leges religionũ quæ in hoc etiã conueniunt. Item per opiniones plurium ac meliorum philosophorum a nobis enumeratas libro primo, hæc ratio facta est ab Aristotele libro primo theologiæ cap.iiii. vbi etiam dicit ꝙ animam rationalem esse immortalem, nõ patitur contradictionem nisi a vitiosis, & ꝙ animam rationalem esse immortalẽ est probabile secundum dictamen naturæ.i.rationis rectæ naturalis.

¶Impugnatio rationis decimæ tertiæ. Cap. xxxviii.

HAec rõ impeditur multũ ex parte propõnis maioris, dicitur.n.ꝙ non oẽ probabile est verũ autoritate Aristotelis lib.vii.ethi.cap.xiiii.& lib.viii. top.cap.vii.& lib.i.elenchorũ cap.adducto. Itẽ testimonio Auer.lib.iii.phy. com.xxxi. Præterea rõne, si.n.oẽ ꝓbabile foret verũ, oẽ certum esse probabile foret certum esse verũ, ꝙ est falsum nã mũdũ esse factum est certũ esse ꝓbabile, vt dicitur in rethoricis, nec tñ est certũ esse verũ lib.ii.cæli.co.i.ex Auerroe.

Rursus lib.i.top.cap.xi. Amplius p regulā phi lib.viii. phy. co.xxxvii. aliquod est probabile & verum, aliquod est verum & non probabile, ergo aliquod est probabile & non verum, antecedens quo ad partem primam patet, quo ad secūdam colligitur ex Themistio libro primo posteriorum cap.xiiii. & Boetio in topicis, & Auerroe libr.ii.metaphysicæ com.xv. & lib.iiii.phy.com.xxxiii. Rursus libro.ii.metaphysicæ com.xiiii.apologi sunt falsi & tamen probabiles consuetudine. Amplius nunquam duo contradictoria proprie sunt simul vera libro primo peri hermenias, sed aliquando sunt simul probabilia cum videantur diuersis sapientibus libro primo elenchorū. Item omne qđ videť sensibus est probabile secundum Aristotelem libro.viii.physi.tex.com.xxvi. & primo top.cap.ix. nec tamen omne quod videtur sensibus est verum iuxta Platonē in theeteto ac phædone. Item consentaneum appetitui est probabile libr.vii. ethi.cap.xiiii. & potest esse falsum propter errorem appetitus, atq; ita contingit circa immortalitatem optatam quod sit probabilis libro.iii.ethi.cap.v. Itē mundum esse æternum est probabile lib.ii. cæli com.i. nec tamen est verum. Item circa aliquod enuntiatum falsum quilibet homo potest errare, supponať ꝙ erret, tunc enuntiatū erit falsum & tamen etiā probabile per hoīum opiniones non igiť repugnat ꝙ aliquod sit falsum & probabile, maxime autem contingit errare circa immortalitatem animæ rationalis, cum anima sit omnino ac penitus difficillima scitu quo ad essentiam libro primo de aīa tex.com.iiii. sicut & Plato confirmat in phædone ac libro.x. de repu. anima consequenter est difficilis scitu quo ad proprietates, nam si hæ paterent ad cognitionē essentiæ ducerent libro primo de anima tex.com.xi. Amplius ratio impediť ex parte propositionis minoris in probatione, nāq; apologi cum figmenta contineant non probant libro.iii.metaphysicæ tex.com.xv. Item leges religionū nec sunt veræ nec falsæ secundum Auerroem in digressione com.vi. libro primo phy.in.iii.transposita, immo leges aliquando supponunt falsa ad vtilitatem, vt pœnas malorum ac præmia bonorum, quæ Aristoteles negaret vt constat libro.iii.ethic.cap.ix. Item animam esse immortalem non est determinatum multis libro primo elenchorum cap.xxxi. secūdum nostram interpretationis seriem, quare non est probabile simpliciter animam esse immortalem.

¶Defensio rationis decimæ tertiæ. Cap. xxxix.

SEd ratio decima tertia defenditur, quoniam probabile est triplex quoddā primi modi, quod videtur omnibus rōne vtentibus, & hoc idem est qđ p se notum, & tale est verum secundum aristotelem libro primo physi. tex. com.xlviii. ac libro primo metaphysicæ cap.ii. & apud auerroem libr. primo cæli com.lxxxv. quoniam non nisi ab euidentia veritatis omnes conueniunt in illo vt ibidem dicitur, & ab intellectu cōmuni ac vno illustrante vt Themistius ait libro tertio de anima cap.xxxii. qui non nisi ad veritatem illuminat. Rursus est probabile secundi modi, ꝙ videtur sapiētibus, & tale est verum etiā simili ratione vt colligitur libro primo elenchorum cap.nono, & est idem qđ per se notum apud sapientes: atq; ita propositio maior syllogismi est accipienda, videlicet omne probabile apud omnes vel sapientes est verum. Sic enim animam rationalem esse immortalem est probabile apud omnes vel sapientes: & hoc modo impedimenta rationis cessant, nec enim contra dicunt, probantia tātū ꝓbabile tertii modi, qđ potius debet vocari famosum,

esse falsum. Sed adhuc obiicitur q nihil fieri ex nihilo est probabile apud sapientes vt constat libro primo phy.tex.com.xxxiii. & tamen est falsum. Dicitur q immo verum est nihil a natura fieri ex nihilo, sic enim physici loquuntur Ad impedimētum probationis minoris propositionis dicitur q apologi poetici non probant sed historici apud Aristotelem libro primo priorum analyticorum, quales sunt aliqui de anima humana separata. Ad aliud dicitur q leges ab Auerroe non dicuntur simpliciter neq veræ neq falsæ, sed non considerari vt sunt veræ vel falsæ sed vt honestæ. Ad aliud item dicitur q leges nō supponunt falsum vt dictum est libro secūdo cap.vii. Ad aliud dici potest q illud est adductum tantum exempli gratia, modo vt dicitur libro primo priorum non oportet exemplum esse verum, sed manifestum. Præterea animam rationalem esse immortalem est determinatum quidē a sapientibus, sed nō ab omnibus philosophis, quod sufficit, vel id verum fuit ante Aristotelem philosophia nundum perfecta apud græcos vt Auerrois dixit i proemio physicorum, modo autem est determinatum ab omnibus sapientioribus. Præterea Aristoteles ibi loquitur de anima animalium de qua potest dubitari nō dubitato de anima hominum, vt q mobile sit diuisibile non dubitatur, attamen q omne mobile sit diuisibile hesitatur vt colligitur libro.vi.physic. similiter q corpus naturale sit mobile constat libro secundo phy. q tamen omne corpus naturale sit mobile non constat, sed demonstratur libro primo cæli com.v.

¶Ratio decima quarta. Cap. xl.

POstremo colligitur ratio ab operatione per experientiam cognita, quo modo substantia ignota probatur apud philosophos vt anima cæli ac motor primus libro.viii.phy. ac libro.xii.metaphysicæ, ratio autem sic formatur, aliqua est operatio quæ non potest prouenire nisi ab anima rationali superstite, ergo anima rationalis est superstes, consequentia est manifesta ab effectu ad causam vt docetur libro secundo posteriorum analyticorum antecedens probatur q quidem aliquod opus fiat vt reuelatio secreti per experientiam vt in historiis constat, & q non ab alia causa fiat talis operatio per rationem, quoniam non contingit in aliam causam reducere, hæc ratio indicatur ab aristotele in theologia libro primo cap.quarto.

¶Impugnatio rationis decimæ quartæ. Cap. xli.

HAec ratio turbatur ex parte antecedentis dupliciter. Vno modo vz q non fit aliqua operatio talis, sed videtur fieri, quare est illusio sensus, vt videtur reuelari secretum qd' tamē non reuelatur ab alia substantia, sed ab ipso homine per vim mentis inuenitur. Alio item modo turbatur ratio dicendo q aliqua talis operatio fit ab aliqua substantia, sed vel cælesti intelligentia per influentiam, vel ab intelligentia agente assistente humanæ speræ secūdum Auerroem, maxime in libro de somno, immo & Aristotelem vt iam dictum, quamuis non solum, vel ab humore melācholico ex proprietate occulta vt colligitur ab aristotele part.problematum.xx. vel a demone, secundum eos qui concedunt demones. Tertio antecedens, quia non constat, negatur.

¶Defensio

¶Defensio rationis decimæ quartæ. Cap. xlii.

SEd cõtra has calumnias arguitur, imprimis aduersus id qđ dicitur esse illusio sensus, quoniam si hæc responsio valeret, auferretur omnis via probãdi aliquid per experimentum sensus, sic enim pariter semper diceretur ꝙ est illusio sensus vt ꝙ cælum videtur moueri sed non mouetur, & ꝙ est illusio sensus. Contra secundam calumniam similiter multæ operationes immo fere omnes possent negari prouenire a suis causis, dicendo ꝙ proueniũt ab aliqua tali causa. Præterea talis reuelatio secreti excedit facultatem humanæ mentis. Ergo non potest ab ea inueniri, & maxime cum ea fiat aliquando imprudentibus, qui proculdubio vi mentis non inueniunt talem reuelationẽ secreti. Rursus intelligentia cælestis non intelligit singulare maxime sensibile ac inferius quare non ipsa reuelat. Nec influentia cæli cum sit causa materialis se extendit ad talem operationem immaterialem qualis est reuelatio. Non item intelligẽtia agens, cum ea similiter non intelligat singulare sensibile inferius vt constat in theologia libro secundo cap. vii. quare non reuelat illud. Amplius humor melãcholicus, quamuis disponat corpus humanum, in quadam proportione, ad operationes mentis, quasdam agendas, secundum Aristotelem, non tamẽ est causa operationis intellectualis, nec eleuat mentem humanam supra facultatem suæ speciei, quare non ad secreti inuentionem talis. Præterea demon quidem est apud Aristotelem, sed operatio demonis, ꝙ sit eius, quãdo fit, etiã apparet per alia signa, in proposito autem reuelatione facta, constat ꝙ non a demone ea fiat, cum nulla sint signa ꝙ a demone fiat. Sed dicitur, ꝙ aliquãdo homo agit secundum demonem occultum quem patitur, vt astrognomus diuinat teste diuo Augustino in libro de ciuitate dei, atq; ita simonides a demone admonitus est a casu triclinii vitando, & Socrates ab itinere reuocatus, sed ad hæc respondetur postremo, ꝙ quis hæc vera sunt, tamen ꝙ aliqua opera fiant etiam ab animabus superstitibus testantur experti fide digni, quibus nõ minus est credendum ꝗ principiis demonstrationis, secundum Aristotelem libr. vi. ethic. cap. xiiii. & proximis mensibus socrus meæ anima superstes prædixit cuidam mulieri domesticæ, multa, & præsertim mortem cognatæ meæ, & sic euenit, & sic licet non omnibus constans sit antecedens, tamen non est negandum, aliquid enim est etiam ita per se notum per alienum experimẽtum. Et si fides testimonii auferatur, auferẽ magna ex parte philosphiæ disciplina, immo cõmerciũ humanum vt recte Scotus ait in proemio senten.

¶Qualis status animæ separatæ. Cap. xliii. de statu [illegible] post [illegible]

ANima rationalis igitur separata a corpore, duplex est apud Aristotelem in theologia mystica quædam munda & hæc rursum duplex quædam per vitam in corpore, quædam per penitentiam non serotinam vt colligitur libro primo autoritate anticlidis cap. iiii. & vtraq; separata a corpore statim ascendit in orbem supernum ibidem, ac libro. xii. cap. xii. qui sit autem orbis supernus, iam dictum est libro. iiii. cap. xxxiiii. Anima autem immunda non ascẽdit statim in orbem supernum, vt dicitur libro primo cap. iii. facta est enim propter vitia vt corporalis, vt ibidem dicitur, qđ Philoponus in cõmẽtariis libri de anima ex Ammonio confirmat. Vbi autem subsistat in theologia non explicatur, sed dici potest cõsentienter ꝙ in orbe infimo adhuc remanet in regione sublunari ignea vel aerea vbi patitur pænas priuatione speculationis orbis superni. Siquidem vitiis digressa ab intellectu agente, nõ habet eũ

vnitum vt formam exemplarem, per quem possit itelligere orbem supernum vt dictum est cap. xviii. huius lib. vi. & dicetur. Anima tamen huiusmodi ascendit aliquādo in orbem supernum vt indicatur libro primo cap. iii. & pœna est temporaria non æterna, ac tantum priuatiua, quæ damni dicitur, nō positiua, quæ sensus appellatur, talis autem priuatio speculationis dei colligitur esse pœna libro. vii. cap. x. cum anima contemplans deum ibi dicat viuere sine pœna. Præterea etiam anima immunda non contemplatur deū, quia vt dicitur libro eodem ac capite. x. talis non intelligit se ipsam, vt autem dictum est anima nō intelligit deum nisi intelligat prius se ipsam, & patet libr. x. cap. xv. Anima rursus munda in orbe superno est abstracta a corticibus. i. velamēto corporis lib. theol. ii. cap. v. & est in eo loco vt proprio libr. xii. cap. vi. hoc est vt in patria, in orbe autem infimo, erat aduena quare ibi quoq; est clarior libro. ii. cap. v. & libro. xiiii. cap. iiii. & est tanquam vna intelligentia sed tamē vltima, ibidē, vnde illic & intelligit modo perfectissimo pro facultate sua libro secūdo cap. primo, nec enim ratiocinando sed intuendo intelligit libro secundo cap. primo, & libro. iii. cap. iiii. indiget nāq; discursu in orbe infimo propter imperfectionem libro. x. cap. iii. Itē illic anima intelligit momento libro secūdo cap. secundo, & intelligit quidem. Plura simul, sed vnum prius natura q̄ aliud libr. ii. cap. ii. Rursus anima in orbe superno conuertit omnem speculationem in diuina libro secundo cap. primo. Propterea etiam non speculatur ifima ibidē, quia despicit ea libro. vii. cap. viii. Ergo etiam illic non vtitur memoria lib. ii. cap. i. ac. ii. maxime circa singularia vt explicatur cap. vii. intelligit tamen vniuersalia sensibilia quæ in orbe infimo intellexit libro secundo cap. vii. nam talium seruat memoriam: vt dicitur libro. ix. cap. iiii. (nisi prius oblita sit in orbe infimo, vt ibidem dicitur) non tamen anima vtitur reminiscētia, quæ est reintellectio discursoria obliti, vt ibidem colligitur. Quare illud philosophi libr. i. de anima tex. com. lxvi. ac libro. iii. tex. com. xx. ꝙ anima separata non reminiscitur dupliciter exponi potest, vз vel ꝙ non reminiscatur singularium & hoc consonat illi ꝙ dicitur libro etiā. iii. cap. x. ꝙ anima rationalis nō intelligit singularia maxime sensibilia nisi per sensum vel intellectum patibilem, & libro theol. xii. cap. viii. vel ꝙ anima rationalis separata non vtitur reminiscētia discursoria ad reintelligendum oblita, & neutrum repugnat quin vt dictum seruet memoriam intellectiuam vniuersalium non oblitorum in orbe infimo, vel ꝙ anima intelligit quidem, sed non reminiscitur vt ipse Aristoteles ait lib. ix. theol. & Plotinus enneade. iiii. ita ꝙ intelligit ea quæ itelligebat hic, sed nō vt reminiscens aut rememorans reaccipiendo intellectionem a phantasmatibus obiectis, sic enim fit memoria ei in corpore vt dicitur i libro de memoria & reminiscentia. Quare anima rationalis separata dicitur non vti memoria maxime respectu entium orbis superni intellectorum, quatenus intelligit ea p intuitum non per memoriam, siquidem habet obiecta illa tūc præsentia in se ipsis. Amplius anima in orbe superno non accipit cognitionem ab inferioribus libro secundo cap. primo, siquidem vt dicitur libro. x. cap. vii. ac. ix. non recipit talium etiam vniuersalium cognitionem ab intellectu agente nisi a sensu excitetur. Aliquando tamen intelligit inferiora libro. ii. cap. vii. per memoriam vniuersalium, auersa ab orbe superno & cōuersa ad infimum, & fit de formis libro. xi. cap. iiii. & tunc redascēdit vt ibidem dicitur. Rursus anima in orbe superno habet virtutes sensus primarias: quæ autem sunt i corpore sunt virtutes sensus secundariæ, libro. v. cap. ii. & libro. xiiii. cap. iii. non tamen vtitur actu sensus, siquidem illic caret organis animæ sensitiuæ libro. xiiii. cap. iii. sine qua etiam in corpore non sentit, vt dicitur libro. xii. cap. xx. nec sine concursu

intellectus agentis vt ibidem dicitur, & dixit Auerrois lib.iii. de anima com.lx. immo etiam anima rationalis apud Aristotelem in dicta theolo.lib.x. cap.xv. habet virtutem vegetariam principalem, quæ autem est in anima vegetali est secundaria, nec ista sunt apud diuum Thomã absurda. Anima item rationalis in orbe superno conuersa ad eius entia & auersa ab orbe infimo cognoscit ad huc inferiora vere, vt dicitur lib.ii.cap.v.s.in intellectu agẽte relucentia ac in se ipsa, & intelligit per eandem potentiam, sed non eodem modo dispositam lib.ix.cap.iii.illic & enim conuersa ad intellectum agentem vnitur imediate illi, & lib.xiiii.cap.i.& ab illo formatur forma intellectionis exemplari libr.ii. cap.v.& lib.vii.cap.vi.quare & per eum solum tũc intelligit lib.ac cap.eodẽ, alia in intellectu agente vt in speculo relucentia entia orbis superni, ac per eũ appetit bonum perfectũ, & ita fit felix lib.vii.cap.i.& lib.xii.cap.xxii. ita tamẽ ꝙ intellectus agens est medium beatitudinis animæ nõ terminus. Nam anima rationalis adhuc non quieta in intellectu agẽte mouetur appetitu proprio ad deum lib.x.cap.xviii. vt per simulachrum ad archetypum. Et per intellectum agentem dicitur intelligere bonum perfectum lib.ii.cap.vi. Anima autem rationalis intelligit intellectum agentem intelligendo se ipsam, vt dictum, imo & deum vt lib.x.cap.xv.dicitur sed prius intelligendo intellectum agentẽ quã se ipsam & tunc est caritate feruens in deum vt ibidem dicitur. Intelligit autẽ deum anima rationalis non per spectrum, libro etiam.x.cap.xv. sed per essentiam sui ac intellectus agentis. Nec tamen intelligit deum vt est ens.i.sub rõne essentiæ tota, sed vt viuens.i.sub aliqua ratione, ibidem dicitur, nam deus non potest intelligi qualis ac quantus est in se ipso, vt dicitur lib.xi.cap.iii. & libro xiiii.cap.xii.ac solum intelligitur abstractione & negatione libr.xi. cap.liii. vt etiam diuus Dionisius dixit. Immo neq; intellectus agens intelligit deum perfecte lib.xii.cap.vii. Anima rationalis item in orbe superno intelligit essentiam suam vnico actu libr.ii. cap.v.& semper actu intelligit lib.i.cap iii. Rursus autẽ anima rationalis intelligens deum est ens orbis superni, intelligendo autem se ipsam est ens medium inter supernum & infimum lib.x.cap.xv.Et tunc insepa rabiliter sequitur intellectum agentem lib.x.cap.xi. a quo seruatur lib.x.cap.ix. Immo etiam anima separata coniungitur in orbe superno animæ vniuersali quæ dicitur mundi lib.xii.cap.xxii. Anima etiam in orbe superno habet rationes seminarias inferiorum ab intellectu agente inditas secundum quas agit in orbem infimum lib.v.cap.xvii.& tũc perfecta, est domina orbis infimi lib.xii. cap.xxii.& agit in eum per influxum intellectus agentis tanquã causa naturæ, vt intellectus agens est causa eius lib.i.cap.vi.& per naturam tamen cælestem mediam lib.iii.cap.iiii.& respiciendo etiam deum libro eodem ac cap.

¶ Epilogus opinionis Aristotelicæ. Cap. xliiii.

SVmma itaq; opinionis Aristotelicæ (vt ex dictis colligi potest) existit ꝙ animæ rationales sint substantiæ simplices non compositæ vt quidã imponunt, & sunt æternæ ac immortales, & multiplicatæ ac tantum numero differentes, quãq; gradibus quibusdam accidẽtalibus distinctæ, & ꝙ sunt numero finitæ potius q̃ infinitæ, quare etiam cum mũdus sit apud eum æternus periodo mundi transacta magna, redeunt in corpora secundum prouidentiã diuinam ac fatum cæleste. Et propter benemerita innocentes statim separatæ redeunt in orbem supernum tãquã in patriã ad beatitudinem, nocentes autẽ redeunt quidem, sed nõ statim, quare nec beatitudo apud Aristotelẽ est æterna, nec miseria seu pæna perpetua. Immo ꝙ i statu beatitudinis animæ adhuc

sunt dimissæ in libertate demerendi, vnde aliquando rursus auertuntur a mundo superno conuertunturq; ad infimum & ita descendunt, in periodo tamen magna mundi vt dictum. Et q pæna est tantum damni, quæ tamẽ est afflictoria, & q animæ rationales sunt creatæ a deo quidem tãquã ab autore primo, ab intellectu tamen etiam agente tanquã a causa intermedia, & q animæ rationales sunt beatæ per intellectionem dei maxime ac fruitionem, per intellectum tamen etiam agentem mediũ, & q animæ rationales beatæ per virtutẽ a deo secundum intellectum agentem infusam regunt orbem infimum, & per mediam influentiam cælestem, & quãuis horum dictorum multa sint noua, ac ob id fortasse videãtur absurda maxime philosophastris quibusdam ad pauca in Aristotele lecta & parum respicientibus, tamen nõ sunt neq; absona, neq; aliena ab Aristotele vt probauimus & fere omnia talia in Platone ac Platonicis sunt reperta, vt constat in huiusmodi philosophia exercitis.

¶ Epilogus totius operis. Cap. xlv.

SEntentia de immortalitate animorum nullam habet difficultatem in philosophia simpliciter qđ potest patere ex obiectionibus factis, illæ enim tãtum vim habent ex autoritate philosophorum, alioquin sunt debiles, quapropter licet duces sint in disciplina eligendi iuxta Aristotelem in rethoricis, tamen vt veritas exploretur sine affectu, nulli addicẽdum est se in philosophãdo vt nos in paraphrasi logicæ probauimus, & patet ex Platone in rep. & Aristotele libro primo ethi. cap. vi. & libro secundo metaphysicæ tex. com. iii. ac Simplicio libro. iii. cæli, & Boetio in topicis. Præterea in rebus diuinis maxime vtendum est diuinis oraculis inquit Plato in epistolis, qđ & Aristoteles cõfirmat in theologia, & Auerrois etiam in Algazelem disp. iii. dub. xviii. anima autem rationalis vt dictum est res diuina, quare circa animam etiam diuinis reuelationibus maxime est credendum, & si autoritati humanæ est adhibenda fides apud Aristotelem in. vi. ethi. cap. xiiii. tanto magis diuinæ, q autem reuelatio diuina detur notum est apud Platonẽ & concessum ab Aristotele in theologia libro. iiii. cap. vi. ac in hist. animal. libr. iii. cap. xx. & apud Auerroem in Algazelem disp. iii. dub. xviii. Amplius quoniam reuelationes legis christianæ sunt proculdubio diuinæ, cum eam esse verissimam satis superq; per octo argumenta theologorum constet, reuelationibus apertis vel tacitis qualia sunt ecclesiæ decreta, legi christianæ, in veritate exploranda huiusmodi plenissima fides adhibenda est, & longe maior quam priuatis hominum opinionibus, atq; hoc est (nec fallor) veram philosophiam profiteri, quæ est scientia veritatis, vt dicitur libro secundo metaphysicæ, non studium humanum opinionum, sicut dixit Simplicius. Quare ego quicquid in hoc opere scripserim, Sanctissimi Domini Nostri, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cẽsuræ subiicio, & nihil assero, nisi quatenus sit legi christianæ cõsentaneum, & quicquid alterum scriptũ est, tantum vt ex Platonis vel Aristotelis opinione, relatum est.

¶ Ioannes Maria ex Simonettis Cremonensis imprimebat Fauentiæ, Anno Domini. M. D. XXV. XIII. Cal. Nouembris.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

A B C D E F G H I K L M N. Omnes sunt duerni.

¶ Exhortatio eiusdem autoris ad lectorem in studium philosophiæ bonæ.

ET si imprimendo aliqui errores in littera, vt fit, acciderint, attamen quoniam sunt faciles cognitu, & emendatu, huiusmodi negotium lector optime tibi relinquo, & addo nomina autorum quibus vsus sum in opere, vt intelligas ex quibus libris ista collegerim, & cum quibus ego philosophiam profitear, ac te pariter sequi cõsulo & hortor, nec.n. inuentis frugibus licet amplius vesci glandibus, namq; vt consuluit pisistratus ad proficiendum maxime oportet habere libros bonos, & bene emendatos. Neq; obiicias paulo priorũ philosophantium exemplum, quoniam illi excusationem merentur, quando non habuerunt libros meliores, quos legerent, qualiacunq; tamen fragmenta bonorum autorum attingere potuerunt, excerpserunt, vt constat in melioribus eorum, vz Alberto, diuo Thoma, & Aegidio, ac Ioanne Scoto. Neq; tamen reliquos scriptores fore posponẽdos omnino dixerim, sed vt prouerbio dicitur, aurũ ex eorũ excrementis, eligendũ consulo, quale ego facere conor. Neq; item ego eloquentiam in philosopho requiro, vt recte Picus doctissimus sensit, sed vt forte Hermolaus litteratissimus voluit. Exigo loqutionem tñ tm̃ sufficientem ad exprimendos conceptus animi, integre, & breuiter & certo ac plane, quali vsus est Aristoteles in lingua sua, teste Simplicio, & nos translationibus nouis ostendimus, q̃uis aliter videatur in traductione veteri, ob eius defectum vt Petrarcha etiam animaduertit. Sed nec tu bonorũ librorum ætate nostra penuriam tantam potes adducere, vt te barbaris doctoribus solũ tradere, cogaris, quando Illustrissimæ medicum prosapiæ diligentia & impensa philosophia Platonica, antea penitus ignota, p Marsilium ad latinos traducta est. Et Aristotelica per Argyropilum dilucidata. Dioscoridis quoq; medicina per Marcellum translata, & quæ ab Hermolao interpretata fuerat, edita est. Hippocratis quin etiam medicæ artis protoplastis, opera plusq̃ quadraginta p Fabium Rauennatem translata, mandato & impensa Sanctissimi Dñi. D. N. Clementis. VII. breui in lucem prodibũt. Expositoresq; Aristotelis, græci, præcipui Alexander, Philoponus, & Simplicius, paulo post impressi foras veniẽt, nam præter alia gloriosa gerenda, quæ Sanctissimus Dñs. D. N. Clemens. VII. animo concepit, præcipue constituit bonarum litterarum studium a maioribus suis inchoatum & auctum, promouere ac perficere, Iamq; Bibliothecã amplissimam omnibus professoribus futuram apertam, Florẽtiæ erigere aggressus est. Alia quoq; per alios opera bona tum philosophiæ tum medicinæ atq; astrologiæ, latinis cõstant, quibus potes vti. Hinc igitur ego ob difficultates a scriptoribus illiteratis, scientiis illatas, factum puto, vt non nisi multo labore, & cum longitudine temporis aliquis ad profectum consumatum perueniat ætate nostra, vnde etiam nunc paucissimi sunt philosophi perfecti, hoc est omniũ scientiarum professores, quod conuenit, vt dicitur primo metaphysicæ, & sophistæ sunt multi, qui idcirco etiam, vt animaduertit Auerrois in proemio physicorum, sunt minus longe q̃ antiquitus, apud principes magni, quoniam hii nesciunt talium scientiarum eis patefacere thesauros, neq; ipsi ob id, illos possunt degustare. Quare lector optime si vis recte philosophari bonis libris adhære, & malos dimitte consilio meo, alioquin eris vt is quem dixit Aristoteles in libro primo æthicorum ex sententia hæsiodi, qui nec recta sapit, nec credit recta monenti, vtilis in parte hic nulla est. Bene vale.

AVTORES ADDVCTI.

GRAECI.

Plato.
Aristoteles.
Theophrastus.
Alexander.
Themistius.
Philoponus.
Simplicius.
Theodorus.
Paulus synesius.
Michael ephesius.
Eustratius.
Iamblicus.
Galenus.
Gregorius nicenus.
Plutarchus.
Diocles.
Eusebius.
Anticles.
Porphirius.
Proclus.
Plotinus.
Alcinous.
Laertius.
Diuus Dionisius.
Tales milesius.
Anaxagoras.
Pythagoras.
Hermes trimegistus.
Socrates.
Chrysippus.
Zoroastes.
Horpheus.
Creantor.
Xenophanes.
Xenocrates.
Homerus.

LATINI.

Diuus Augustinus.
Boetius.
Diuus Thomas.
Albertus.
Ioannes Scotus.
Seneca.
Cicero.
Macrobius.
Aulus Gelius.

Mauritani, dicti arabes.

Auerrois.
Auicenna.
Algazel.
Auēpaces.
Alpharabius.
Albubacher.

¶ Antonii Mariæ ex Vbertinis præsbyteri Fauentini paraceleusis siue exhortatio ad librum.

I liber intrepidus diui ad pia limina patris,
Dogmatis & pandas tot noua sensa tui.
Quottidie is facili doctam accipit aure cateruam,
Omnia palladiæ quæ mouet arma togæ.
Et tu mira ferens, ac nundum dicta, tueris
Immortalem animum, certius atq; probas.
Pallados omnisciæ quin te quoq; mittit alumnus,
Cuius iam docti plurima scripta legunt.

¶ Eulogium in autorem.

Quod fuit abstrusum longo doctissimus æuo,
Nicoleus græcum promit ad astra sophos.
Dogmata priscorum viuisq; a fontibus hausta
In latium hoc ducens quod modo prodit opus,
Immortalem animum probat hic, mentesq; priorum
Discutit ingenio, monstrat & eloquio.
Et nunc conciliat qui dissentire putantur,
Demon Aristoteles diuus & ante Plato.
Docta cohors igitur merito bona cuncta precetur,
Atq; virum summa q̄ modo laude probet.